UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur

**Visconti, Giuseppe**

**Parisii, 1618**

Liber II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64585

Visual Library

# IOSEPHI VICECOMITIS

## DOCTORIS S. THEOLOGIÆ, AC COLLEGII AMBROSIANI

## DE *ANTIQVIS BAPTISMI RITIBVS, ac cæremoniis.*

## Liber Secundus.

---

*Etiam infantes olim baptizatos fuiſſe.*

### CAP. I.

IN hoc libro, ſicuti propoſitum fuit, de baptizandorum ritibus agetur, cuius initium ex ea quæſtione facere decreui, vtrum ſolummodo adulti, an etiam infantes, Eccleſiæ naſcentis exordio, æternæ ſalutis fonti admouerentur. Et quanquam de primis adhuc ne-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mo dubitauit: cum id omnia SS. Patrum monumenta, œcumenicæ Synodi, ipſæ etiam diuinæ literæ, præſertim Apoſtolorum Acta cõfirment: de alteris tamen, præter Pelagianos apud S. Auguſtinum de peccat. merit. lib. 1. cap. 20. & cont. Epiſtol. Pelag. lib. 4. cap. 22. Vincentium Victorem apud eundẽ de anim. & eius orig. l. 3. c. 14. Hincmarum Laudenſem, apud Hincmarum Rhemenſem Epiſt. ad eum ſcripta, Guitmundũ Auerſanum li. 1. de Euch. Henritianos, & Pſeudoapoſtolicos apud Sanctum Bernardum Epiſtol. 240. & homil. 66. ſuper Cant. & Petrum Cluniacenſem in argumento Epiſtol. 1. Ioannem Vuicleuum lib. 4. Trialog. cap. 2. Martinum Lutherum lib. ad aduerſus Caclhæum, & de adoratione ſacramenti ad Vualdenſes, Thomam Monetharium apud Bullingerum aduerſ. Anabaptiſt. lib. 1. cap. 1. Caluinum lib. 4. Inſtit. cap. 16. & defenſ. 2. contr. Vueſtphal. & Bezam de cœn. Domin. contr. Vueſtphal. cap. 36. omnes portenta, & monſtra Chriſtianæ Reipub. etiam Vualfridus Strabo, ſapientiæ, & pietatis laude alioqui inſignis, lib. de reb. Eccleſ. cap. 26. inficiatus eſt: cum ait: *Notandum deinde, primis temporibus, illis ſolummodo Baptiſmi gratiam dari ſolitam, qui & corporis, & mentis integritate iam ad hoc peruenerant, vt ſcire, & intelligere poſſent, quid emolumenti in baptiſmo conſequendum, quid confitendum, atque credendum, quid poſtremo renatis in Chriſto eſſet ſeruandum, refert ſiquidem venerabilis pater Auguſt. de ſeipſo in libris confeſſionum ſuarum, quod penè*

Baptiſmũ paruulorũ qui negarint.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Vſque ad 25. annorum ætatem catechumenus per-*
*rauit, ea videlicet intentione, vt per hanc tempo-*
*moram de ſingulis edoctus, ad eligendum quodli-*
*libero duceretur arbitrio.* Nec defuit homini, q
ſui erroris patronum, ac ſectatorem haber
Siquidem Ludouicus Viues, vir in literis po
tioribus doctior, quàm diuinarum peritus, e
ponens S. Auguſtinum lib. 1. de ciuit. Dei c
27. hæc habet: *ne quis fallatur, nemo olim ſacro*
*mouebatur Baptiſterio, niſi adulta iam ætate, & v*
*idem ipſe & ſciret, quid ſibi myſtica illa vellet aq*
*& ſe ablui illa peteret, nec ſemel peteret.* Quo lo
mirari ſatis non poſſum egregiam adnotati
nem, errorıſque depulſionem, quibus du
bus, atque magiſtris genus humanum à ve
tatis regula, atque adeo à Chriſtiana religio
deſciſceret. Nam ipſe libertatis noſtræ pare
Matth. 19. cum oblatos ei, vt illis bene prec
retur, pueros diſcipuli amouere ſtuderent, ſi
te, inquit, *paruulos, & nolite eos prohibere ad*
*venire, talium eſt enim regnum cælorum.* Que
locum de baptiſmatis myſterio accipiend
eſſe, vt ſcriptorum placita omittam, eti
ratio facile oſtendit, quia, quos inhærens
bes à Deo longe abduxit, baptiſmate ſequ
ſtri ad eum primo accedimus. In diuinis etia
Apoſtolorum libris habemus, Centurion
& Lydiam cum omnibus domeſticis no
regenerationis lauacrum accepiſſe, vbi tot
familiæ nomine etiam pueros includi, q
facile conijciet. Præterea Author Conſtit. A
poſtol. lib. 6. cap. 15. poſt quam ſacræ ablutio
nis myſteria neque iteratis vicibus, neque

Baptiſmi paruulorũ antiquitas ex ſacris literis, & Patribus probatur.

nefariis, perditiſve hominibus recipienda eſſe, demonſtrauit, tum ad calcem ſubdit: *baptizate quoque puerulos veſtros, & educate eos in diſciplina & præceptis Dei*. Eundem morem agnoſcunt B. Dionyſius lib. de Eccleſ. Hierarch. ca. vlt. Iuſtinus Martyr quæſt. 56. Irenæus lib. 2. cont. Hæret. ca. 39. Tertullianus lib. de anim. Origenes in Leuit. Homil. 4. in Luc. 14. & in Epiſt. ad Rom. cap. 6. Cyprianus Epiſtol. 59. ad Fid. Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 1. myſtag. Gregorius Nazianzenus orat 3. in ſacr. lauacr. Chryſoſtomus Homil. ad neophyt. Hom. 9. in Geneſ. & in Pſal. 14. Ambroſius in Luc. & lib. 2. de vocat. gent. Hyeronymus ſub finem lib. 3. Dialog. Timotheus Alexandrinus interrog. 1. Auguſt. Epiſtol. 28. & 39. lib. de Eccleſ. dogmat. cont. 2. Epiſtol. Pelag. cap. 8. lib. contr. Iulian. cap. 3. lib. de nupt. & concup. cap. 18. & lib. 10. in Geneſ. ad lit. ca. 23. Paulinus Nolanus de vit. S. Ambroſ. Ioannes Moſcus prat. ſpiritual. cap. 197. & alij. Qua in re mira ſimilitudo cum Hebræis, & Gentilibus elucet: quorũ illi octauo ab ortu die inſitum naturæ crimen expiabant: hi ſeptimo, octauo, nono, aut decimo certis piaculis luſtrabantur. Exemplum vero, quod Vualfridus affert, ſolum probat, S. Auguſtinum diu Chriſtianæ religionis tyrocinia poſuiſſe, quod, vt veritati maxime congruum eſt, ita noſtræ opinioni non repugnat.

Hebræi octauo die, Gentiles ſeptimo, octauo, nono, aut decimo luſtrabantur.

---

*Varia eorum, qui baptizandi erant, nomina, Chri-
ſtiani, catechumeni competentis, initiati,
& electi.*

## Cap. II.

Initio Chriſtianæ religionis plures adulti, quam infantes baptizabantur.
Cæremoniæ baptiſmi non oēs eodem tempore fiebant.
Catechumeni nomen latè ſumptum.
Baptizandorum diuerſa nomina præ cęremoniarum varietate, Chriſtiani, catechumeni cōpetentis initiati & electi.
a S. Pacian.

FAteor tamen, lacteſcente Eccleſia vim m
iorem adultorum, quam infantum, ex b
ptiſmi fonte vitam ſpiritualem hauſiſſe: q
rum propterea cęremoniæ, non quemadm
dum nunc, eodem die omnes, ſed diuerſis te
poribus diuerſæ fiebant, ita vt, qui ſacro la
abluendi erant, licet quandiu Chriſtianis
ſtitutionibus erudiebantur, vnico *catechum*
nomine tam vulgo, quam à Patribus vocare
tur: tamen proprie, & ſtrictim ſumendo, va
nominibus, præ cæremoniarum varieta
gauderent. Nam aut ad Epiſcopum æternæ
lutis auidi accedebant, & tunc Chriſtiani, a
dato nomine, tres infenſiſſimos humani g
neris hoſtes ſanctè, ac religioſe deteſtaban
& catechumeni, aut exorciſmis ad expell
dum dæmonem, eiuſque frangendas vires,
debilitandas adhibebant, & initiati, aut, p
piam morum, fideique diſciplinam, ſimul o
nes baptiſmum poſtulabant, & competen
aut demum factis ſcrutiniis eligebantur, &
electi nomen acquirebant. Cuius diſtinct
nis materiam præbent non modo *competen*
& *electi* nomina à ſacris [a] ſcriptoribus ſæpi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

me vſurpata, ſed etiam Patres Concilij I. Conſtantinopolitani, cum Eunomij, & Montani ſectatores, qui, vnius perſonæ nomine inuocato, baptiſmalibus a quis admonebantur, inſtar Ethnicorum, denuo baptizandos eſſe, ſtatuunt cap. 7. his verbis: *quicunque ex his rectæ fidei adſcribi volunt, vt græcos admittimus: & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus, ſecundo catechumenos, deinde tertio exorcizamus, ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum, & aures inſufflando, & ſic eos catechizamus, & curamus, vt longo tempore verſentur in Eccleſiis, & audiant ſcripturas, & tunc eos baptizamus.* Et Concilium Conſtantinopolitanum VI. can. 95. vbi in eandem ſententiam legimus: *omnes ex iis, qui ad rectam de fide ſententiam volunt accedere, vt græcos recipimus: & primo quidem die eos Chriſtianos facimus: ſecundo autem catechumenos, denique tertio adiuramus, ſimul etiam ter in faciem, & aures inſpiramus, & ſic initiamus, & diu in Eccleſia verſari, & ſcripturas audire facimus, & tunc ipſos baptizamus.* Quod ſi dicas, Conciliorum placita ſolummodo de Græcis intelligenda eſſe; cum præſertim eæ Synodus Conſtantinopoli in Greciæ cōſpectu habitæ fuerint: refelli hac ratione poteris: cum eæ ſint generales, parum referre, in Græcianè, an alibi celebratæ ſint: præcipuè cum tunc temporis Grecorum Eccleſia Romano Pontifici cohæreret: ſicut intelligere poſſumus, tùm quia ſextæ Synodi Patres ſuorum decretorum confirmationem ab eodem Pontifice petierunt: tùm etiam quòd illa Concilia, Damaſo Primo & Agathone

de bapt. Cōc. Agat. ca. 13. Aug. ſer. 116. lib. de cur pro mort. gerē. lib. de vtil. pœnit. de fid. & operib. & 1. retrac. Sanct. Greg. ſacr. Iſid. li. 1. de Eccl offic. c. 27. & lib. 2. cap. 21. Ord. Rom. de ſabb. ſanc. Alb. Flac. ca. de Domi. Pal. & Rab. Maur de inſtit cleri. cap. 26.

Græcorum Eccleſia olim Romanę cohærebat.

*Concilia à Pontifice confirmanda.*

*Gręcorum ſciſma quando inœperit.*

ad Eccleſiæ Gubernacula ſedentibus, cod
fuerunt, cum Græci non niſi ſexcentis ſep
ginta octo abhinc annis à Romano Pont
pręciſi ſint, (nam diploma ampliſſimæ no
rum indulgentiæ, quam Baſilienſis Syno
anno redempti orbis milleſimo quadring
teſimo trigeſimo ſexto iis, qui Eccleſiæ G
cæ, & Romanæ ſocietatem, communion
que ſuis opibus iuuarent, liberaliter impe
uit, quingentis exinde annis Græcos
Romana Eccleſia ſubduxiſſe, teſtatur.) G

*Græci nomina oẽs Gentiles appellat.*

autem nominis, non Romani, aut alteriu
his Conciliis mentio fit: quia, cum in Gr
fierent, à gentilitio, & notiori nomine ex
plum deſumi, Patribus eſt viſum. niſi mali
ſpondere, *Græci* vocabulo non ſolum eius
neris viros, ſed quibuſcunque nondum di
veritatis lux affulſerat, appellatos fuiſſe. q
aperte damonſtrat illud Marij Victorij de
mous. recipien. *græci, quos* ἕλληνας, *vel p*
*nos vocant, multos* Deos *dicunt*, &c. Sicut co
fidei catholicæ alumnos falſi, atque adulte
doctores *Romanorum* voce nuncupabant
videre eſt apud Gregorium Turonenſem

*Romani, vocabulum Chriſtianorum.*

25. de glor. martyr. cum ait: *cogitauit in*
*dicens, quia ingenium eſt Romanorum, Ro*
*enim vocitant homines noſtræ religionis, vt it*
*dat, & non ſit virtus Dei.* & cap. 30. *ſi conſe*
*dictis meis, exercebimus hodie cachinnum d*
*Romanorum presbytero.* rurſus cap. 79. *quid*
*tis, quod nunc iſti Romani dicant?* Ex quo p
eos, qui catholica dogmata amplexi ſ
*papiſtarum* nomine appellandi, noſtris tem

*Papiſtrum, nomine cur Hæretici catholicos appellent.*

ribus falſi Euangelij miniſtri occaſionem arripuerunt. His igitur nominibus, quicunque ſacri baptiſmatis vnda luſtrandi erant, in noſtræ religionis primordio diſtinguebantur. Quod nempe inſtitutum, diſtinguēdis baptiſmi cæremonijs aptiſſimum, in multos durauit annos: donec maioris perſpicuitatis cauſa, *Chriſtiani*, & *initiati* gradus in vnum *catechumeni* nomen coiuere. Quam ego quoquè rationem ſecutus, vniuerſos baptiſmi ritus ordine aperiam; ſi priùs tamen ipſius vocis ſignificatio explicetur.

---

De Catechumeni *Ethymologia*, *cæteriſque nominibus*, alumni, audientis, *ſiuè* auditoris, *aut* nouæ vitæ auditoris, nouitioli, catuli adhuc infantiæ recentis, *diſcipuli*, *tyronis*, *parui*, ſiuè *nouitij*, aut *noui Chriſtiani*, generis electi, *ac* gregis nouelli Dei: *deique ſimilitudine cum Hebræorum*, & *Gentilium moribus*.

## CAP. III.

AC *Catechumeni* quidem græcum eſſe nomen, nemo ignorat; quod, etſi apud profanos ſcriptores quemlibet institutionis indigentem ſignificat: tamen in SS. Patribus eum ſolummodò declarat, cui myſteria fidei viuæ vocis miniſterio credebantur: ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν, quod eſt viua voce inſtruere, qua quidem ſignificatione Eccleſiæ ſcriptores ex veteri traditione frequentiſsimè vſi ſunt. Alia

Catechumeni duplex acceptio.

Catechumeni ethymologia.

quoquè nomina ad idem demonſtrand
Alumni. — SS. Patres vſurparunt. Nam S. Baſilius exho
ad bapt. *alumnos* dixit: quia Chriſtianæ fi
Audientes, ſiuè auditores. — inſtitutionibus alebantur. *Audientes* aute
ſiuè *auditores* appellatos fuiſſe, quòd Chriſti
religionis, elemēta audirent, Tertullianus li
de pœnit. cap. 6. & de perſecut. aduerſ. Hær
cap 41. S. Cyprianus Epiſt. 13. & 24. Albin
Flaccus lib. de Diuin. offic. cap. 19. Raban
Maurus lib. de Inſtitut. cleric. cap. 26. Iuo C
notenſis ſerm. de ſacram. neophyt. & Rup
tus Abbas lib 4. de Diuin. Offic. cap. 18. teſta
Nouæ vitæ auditores. — tur. Quibuſdam etiam *auditorum* nomini *no*
*uæ vitæ*, adijcere viſum eſt: vt demonſtrare
nouum vitæ genus ab ijs inſtituendum e
quam vocem apud Bedam reperi lib. 2. com
mentar. Eſdræ, cùm ait: *nouæ vitæ, auditori*
*ſymbolum fidei tradimus, quod per duodecim A*
*poſtolos ordinatum eſt.* Alij verò, quia diuinis m
ſterijs erudiri incipiebant, *nouitiolos* vocaru
Nouitioli. — Nam Tertullianus lib. de pœnit. cap. 6. c
eos recenſeret, ad quos oratio ſua dirigere
ità inquit: *quicquid ergo mediocritas noſtra ad p*
*nitentiam ſemel capeſſendam, & perpetuò co*
*nendam ſuggerere conata eſt, omnes quidem d*
*Domino ſpectat, vt omnis ſalutis in promerendo D*
*petitores: ſed præcipuè nouitiolis imminet, qui*
*maximè incipiunt diuinis ſermonibus aures rig*
*quique catuli infantiæ adhuc recentis, nec perf*
*luminibus incerta reptant: & dicunt quidem p*
Catuli ad huc infantiæ recentis. — *ſtinis renunciare: & pœnitentiam aſſumunt.*
dem præterea Tertullianus ibidem *catulos a*
*huc infantiæ recentis* nominat; cuius appella

nis cauſam ex eodem loco licet colligere. Ac Nicetas quidem Choniates lib. 2. orthod. fid. *diſcipulos* appellauit: quòd Chriſtianæ diſciplinæ magiſtros audirent: *Catechumenus*, (inquit ille) *ſiuè diſcipulus in Eccleſia moratur, & ſcripturas audit.* *Dei* etiam *tyrones* nuncupatos eſſe, quia in Chriſti militiam nomen dabant, ex S. Hieronymo didici Epiſt. 1. vbi inquit: *recordare tyrocinij tui diem:* & S. Auguſtino: lib. 2. de fid. ad catechum. cap. 1. *nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cœlitus poteſtate. optimi iam tyrones Dei,* &c. Præterea Ordo baptiſmi ſecundùm vſum Aethiopum *paruos*, aut *nouos*, ſiuè *nouitios Chriſtianos* vocauit. quemadmodùm eius verba demonſtrant: *pro paruis, aut nouis Chriſtianis, ſeu Catechumenis rogemus etiam omnipotentem Deum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, pro famulis nouitijs Chriſtianis, vt impartiatur eis tempore idoneo ablutionem regenerationis.* quarum appellationum cauſa eò ſpectat, quòd catechumeni fidei Chriſtianæ rudimentis imbuuntur. Cur autem S. Ioannes Chryſoſtomus homil. 1. in Symbol. Apoſtolor. *genus electum*, & *gregem nouellum Dei* perhibuerit, dubium eſſe non poteſt: cùm catecheſis primus gradus ſit, quo ad immenſam beatorum gloriam eligimur: atquè ab ea diuinæ prædicationis paſcua adeundi initium facimus. Atquè hæc de nominibus dicta ſufficiant. Quod autem ad ſimilitudinem attinet: etſi multæ ex veterum libris adduci poſſunt: illa tamen aptior, & commodior eſſe videtur, quam ex verbis Sanct. Ambroſij

Diſcipuli.

Tyrones Dei.

Genus electum, & grex nouellus *Dei*.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in cap. 4. Epiſt. ad Epheſ. & Auguſtini lib. 1. de ciuit. Dei cap. 13. licet intelligere. Nam, cùm Ambroſius dicat: *magiſtri autem exorciſtæ ſunt, quia in Eccleſia ipſi compeſcunt, & verberant inquietos, ſiuè ij, qui lectionibus imbuendi, infantes ſolebant imbuere, ſicut mos Iudæorum eſt, quorum traditio ad nos tranſitum fecit, quæ per negligentiam obſoleuit:* & Auguſtinus: *ecce quibus Dijs vrbem Romani ſeruandam ſe commendaſſe, gaudebant: o nimiùm miſerabilem errorem, & nobis ſuccenſent, cùm de Dijs eorum talia dicimus: nec ſuccenſent authoribus ſuis, quos vt ediſcerent, mercedem dederunt, doctoreſque ipſos inſuper & ſalario publico, & honoribus digniſsimos habuerunt:* ità fit, vt fateri oporteat, tam Hebræos, quàm Gentiles certos magiſtros habuiſſe: à quibus, antequam ſacris myſterijs initiarentur, ſuæ religionis ceremonias ediſcerent. Quod etiam ſignificare videntur Rabinorum collegium, magiſtri Augurum, & multa ſimilia, quæ ex veteri hiſtoria ſtudioſo lectori obuia erunt. Immò addunt [a] alij, ex Aegyptijs Theologis Chriſtianæ religionis principes catechumenorum conſuetudinem accepiſſe. quod vt certò affirmare, propter Authorum incertam fidem, parum prudentis eſſe arbitror: ſic inficiari, cùm eius gentis moribus conſentaneum ſit, non audeo.

Præceptoribus ſtipẽdia ex ære publico dari ſolita.

Catecheſi aliquid ſimile apud Hebræos & Gẽtiles.

a Pamel. in Tertul.

Catechumenorum conſuetudinem ab Aegyptijs acceptam eſſe, quidam exiſtimarunt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Catechumenōrum antiquitas oſtenſa; deque illorum figuris; & cur in Eccleſia inſtituti ſint.*

## CAP. IV.

De antiquitate tamen dubitare nemo poteſt, quin fides illa, quam B. Petrus Actor. 2. Centurioni explicauit, vel quam [a] Philippus Eunuchum docuit, priuſquàm baptiſmatis myſteria conficerentur, ad catechumenorum conſuetudinem indicandam, atquè exprimendam pertineat. Etenim Simeon Metaphraſtes de reb. geſt. & conſummat. S.Cornel. Centur. cap.2. cùm eius baptiſmum refert. ità inquit: *cùm ei autem obuiam proceßiſſet Cornelius, & procidiſſet ad eius pedes, erigit eum Petrus, dicens: ego quoquè ſum homo. deinde, cùm in eo ſeminaſſet verbum pietatis, & in animis eorum, qui conuenerant poſtquàm vidit ſpiritus gratiam ad eos aduolantem, & baptiſmum præcipientem, eos deducit ad veritatem; & baptiſmo initiat.* Multis prætereà alijs locis Apoſtolos, antequàm baptiſmi lauacro tingerent, ſacra catecheſi rerum diuinarum ignaros erudiſſe, planum eſt. In Actis enim SS. Proceſsi, & Martiniani, quæ Laurentij Surij induſtria, & labore ex antiquis Ms. codicibus in vnum congeſta ſunt, legimus, S. Petrum, adhuc in carcere conſtitutum, cùm

[a] Act. 8.

Catechumenorum vſus ab Apoſtolis cœpit.

ab eis rogaretur, vt baptiſmalibus ſacriſi
tiare vellet, priùs diuinæ naturæ perſon
quæ fidei ſumma ſunt, expoſuiſſe: cum di
tur: *credite in Deum Patrem omnipotentem,*
*in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium*
*vnigenitum, & in Spiritum Sanctum. tum*
*nes abiecerunt ſe ad pedes Apoſtolorum, rogan*
*vt baptiſmum ab eis perciperent. at verò beati*
*mi Apoſtoli orauerunt Deum, orationeque expl*
*beatus Petrus in Monte Tarpeio, ſignum cruc*
*preßit in eadem cuſtodia, atque eadem hora em*
*narunt aquæ è monte: baptizatique ſunt be*
*Proceſſus, & Martinianus à beato Petro Apo*
Et Optatus Mileuitanus lib. 5. cont. Parme
exponens verba Sanct. Pauli ad Corinth.
*plantaui, Apollo rigauit,* primum ad Chriſti
nàm catecheſim, alterum ad ipſum bapti-
mum refert his verbis: *propter tumorem*
*ſtrum, quo in vos intumeſcitis, increpat Cori-*
*thios beatiſſimus Paulus: in ſe, & Apollo*
*noſtri corporis conformat, ne alter in alterum*
quit) *intumeſcat. Vt oſtenderet, quia hoc*
*ſacramentum baptiſmatis Dei eſt, vt illic ſibi*
*hil vindicet operarius, ſic ait: Ego plantaui, A-*
*pollo rigauit. Id eſt, de Pagano catechumenum*
*ci, ille catechumenum baptizauit.* S. quoq
*Anſelmus* Apoſtoli verba ad Heb. 6. *non rurſum*
*iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operi*
*mortuis, & fidei ad Deum: baptiſmatum, doctri*
*impoſitionis quoque manum,* in hanc ſententi
explicauit; cùm diceret: *doctrinæ, quæ in*
*ordio tradita eſt vobis per Symbolum, & ora*
*nem Dominicam, vt has iterum incipiatis imbu*

Quamobrem optimo iure Author Conſtit. Apoſtol. lib. 2. cap. 45. catecheſis vſum Epiſcopis præcepit, dicens: *idem fac tu Epiſcope; ſed, quemadmodùm gentilem per lauacrum recipis, poſt eius inſtitutionem; ità hunc per manuum impoſitionem, vti per pœnitentiam purgatum, omnibus pro eo rogantibus, in priſtinum ſtatum reſtitues*. Et lib. 6. cap. 18. *catechumenos poſt inſtitutionem baptizate*. Item lib. 7. cap. 39. *qui in ſermone pietatis inſtituendus eſt, erudiatur ante baptiſmum cognitione Dei ingeniti: inſtruatur etiam notitia Ieſu vnigeniti: & fide de Spiritu ſancto: diſcat variarum creaturarum ordinem, prouidentiæ ſeriem: erudiatur, cur mundus conditus ſit, &c. hæc, atquè huiuſmodi diſcat in catecheſi, qui ad baptiſmum accedit*. Verùm idem quoquè à Domino tùm figuris, tùm apertis præceptionibus ſignificatum eſſe, ex Eccleſiæ ſcriptoribus animaduertimus. Quod enim Matth. 28. Apoſtolis traditum eſt, vt omnes gentes docerent, & baptizarent; & Marc. 16. Chriſtus fidem baptiſmati præpoſuit, huius catecheſis argumentum fuiſſe, Rabanus Maurus lib. 1. de inſtit. Cleric. cap. 25. oſtendit. Et lutum, quod ipſe Ieſus Ioan. 9. ſuper cæci nati oculos poſuit, antequàm illum ad aquas Siloe mitteret, eiuſdem conſuetudinis figuram, & ſimilitudinem geſſiſſe, idem Rabanus ibidem expoſuit, dicens: *ante baptiſmum, catechizandi debet in hominem peruenire officium, vt fidei primum catechumenus accipiat rudimentum. Nam in Euangelio ſecundùm Matthæū legitur, quòd poſt reſurrectionem Dominus Apoſtolis præceperit,*

Catechumenorum vſus a Chriſto Domino præceptus.

Catechumenorum figura.

*Vt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti do-*
*cerent, & baptizarent omnes gentes, id eſt, pri*
*fidem Dei illis inſinuarent, & ſic credentes in re-*
*miſsionem peccatorum baptizarent. Hinc eſt, quo*
*ſecundum Marcum idem Dominus legitur prapo-*
*ſuiſſe fidem baptiſmati: cùm ità dixit: qui crediderit,*
*& baptizatus fuerit, ſaluus erit, qui verò non cre-*
*derit, condemnabitur. Et Ioanne teſte, prius ipſe Ieſ*
*cæci nati oculos luto ex ſputo facto ſuperlinuit, &*
*ſic ad aquas Siloe miſit. quia prius debet baptizan-*
*dus fide Incarnationis Chriſti inſtitui, & ſic ad bap-*
*tiſmum iam credulus admitti.* Altera etiam ca-
techumenorũ figura ab ijs expreſſa fuit, quo
S. Ioannes, vt vitæ prioris pœniteret, baptiza-
uit. qua de re non eſt quod plura à nobis di-
cantur: cùm Iſidori Hiſpalenſis teſtimonium
in promptu ſit: *puto autem,* (inquit lib. 2. de o-
rig. offic. cap. 2.) *omnes à Ioanne baptizatos in pœ-*
*nitentia, cathecumenorum prætuliſſe figuram.* Quæ
ſi lectores animaduertent, facilè intelligent,
etiam à Patribus longo temporum ordine id
ſignificatum, & ſeruatum. vt interim omitta-
mus loca tùm S. Dionyſij Areopagitæ lib. de
Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. *et exponit ratio-*
*nem perfectam, qua ad Deum accedendum eſt:*
tùm Martyrij S. Calixti Papæ apud Sur. *cate-*
*chiſmo inſtructam baptizauit domum eius:* tùm
vitæ S. Marcelli Papæ eodem Surio collecto-
re: *eadem hora allata eſt aqua, & catechizauit*
*eum:* tùm Cyrilli Hieroſolymitani catech. 1.
myſtag. *quantam vobis dignitatem contulerit Do-*
*minus, ab ordine chatechumenorum ad fideles tranſ-*
*latis, Paulus Apoſtolus aſsiſtens dicit:* tùm S. Ba

Altera catechumenorum figura.

Catechumenorum vſum etiã Patres docuerunt.

filijs ſerm. 1. de bapt. *ſciendum eſt, quòd primùm docere, & inſtruere oporteat, atquè ita demum præclariſsimo baptiſmate ritè inſtructum dignari*: & paulò poſt: *ante baptiſmum inſtructio præmittenda eſt, & primùm, quæ doctrinam, & diſciplinam impediunt, remouenda*: tùm S. Auguſtini lib. 8. confeſſ. *vbi imbutus eſt primis inſtructionum ſacramentis, non multò poſt etiam nomen dedit, vt per baptiſmum regeneraretur*: & alia id genus multa in quibus catecheſis mentionem fieri, facilè apparet. Quantum verò baptiſmi naturæ, ac dignitati conſentaneum fuerit, vt in Eccleſia catechumeni inſtituerentur, aperta quidem ratione S. Auguſtinus lib. de ver. & fal. pœnit. demonſtrauit, dicens: *ob hoc ſunt catechumeni in Eccleſia conſtituti: vt, dum baptiſmum expectant, vnde iure pœniteant, habeant* Et S. Anſelmus in cap. 3. Matth. *B. Clemens, & quidam alij ſancti viri illis, qui turpiter vixerant, & conuerſi baptizari volebant, ſeptem diei abſtinentiæ, vel etiam plures ad præparationem iniungebant. vnde adhuc in catechumenis aliquod ſpatium ante baptiſma præſtituitur, vt illos pœniteat.* Quare nos in ea explicanda longiores non erimus: ne inania, & ſuperuacanea ſcripſiſſe videamur.

Catecumeni fuerunt etiam infantes, & pueri.

---

*Etiam infantes inter catechumenos relatos eſſe.*

## CAP. V.

SEquitur nunc, vt, qui inter catechumenos referentur, explicemus. Cuius argu-

menti plerique veteres, & doctiſsimi viri, [...] Chriſtianas catecheſes conſcripſere, adeo ma[...]nifeſte meminerunt, vt facile nobis futur[um] ſit, quæ illi ſuis ſcriptis tradiderunt, in h[unc] locum transferre. Itaque cùm SS. Patrum m[o]numenta, tùm Eccleſiæ hiſtorias legentib[us] dubitare non licet, infantes etiam, & puer[os] catechumenorum ordini adſcriptos eſſe. E[...]mis enim, præter SS. Dionyſium Areopag[itam] de Eccleſ. Hierarch. cap. vltimo, Iuſtin[um] Martyrem quæſt. 56. ad Orthod. Auguſtin[um] Epiſt. 23. ad Bonifac. Coepiſc. lib. 4. de ba[pt.] 24 & ſerm 10. & 14. de verbis Apoſtol. & I[ſi]dorum Hiſpalenſem lib. 2. de Offic. cap. [...] bapt. pluresque alios, etiam Timotheus Al[e]xandrinus puerorum, qui inter catechumen[os] cenſerentur, meminit in reſpon. canon. inte[r]rog. 1. vbi eos, ſi forte cum fidelibus Euchar[i]ſtiæ myſterium ſuſceperint, ad baptiſmum a[d]mitti oportere, docet his verbis: *ſi puellus cat[e]chumenus, vel homo iam perfectus, dum fieret ob[la]tio, oportunè affuerit, eiuſquè neſcius particeps fa[]ctus ſit, quid debet de eo fieri? reſp. debet illumina[]ri, à Deo enim vocatus eſt.* Et Authoris Ordin[is] Romani teſtimonium multò notius eſt, qua[m] vt explicari hoc loco oporteat. Sed præ cæte[]ris verba de denuntiatione ſcrutinij ad elect[os] tam aperta, & clara ſunt, vt nihil pro hac r[e] deſiderari poſſe videatur. nam, poſteaqu[am] plurimas catechumenorum cæremonias rec[en]ſuit, tum habet: *ipſis expletis, annunciet Diacon[us:] catechumeni recedant, ſi quis catechumenus eſt, re[]cedat, omnes catechumeni exeant foras. egreſſi au[tem]*

Catechumeni fuerunt etiam infantes, & pueri.

Illuminari pro baptizari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*parentes cum infantibus eorum, foris relinquunt ipſos infantes in cuſtodia.* Et paucis interiectis eandem ſententiam ſignificare videtur, vbi, catechumenos nomine vocari, præcipit: *Diaconus clamet, dicens: catechumeni procedant, & vocentur ipſi infantes ab Acolyto in Eccleſiam per nomina, vel ordinem, ſicut ſcripti ſunt.* Sed quid ego vnum, aut alterum locum commemoro? cùm innumerabilia ſint, ex quibus effici, cogique poſſit, etiam pueros catechumenorum locum adeptos eſſe. num fingo? num mentior? cupio refelli. quid enim aliud ago, niſi vt in vtramque partem dicendo, & audiendo veritas exprimatur? Sanè eſt præclarus eiuſdem locus tit. de ſab. ſanc. in die, in quo ſcriptum eſt hoc ferè modo: *interim autem, dum lectiones leguntur, presbyteri catechiſent infantes.* Ex hiſtoriis autem primò ſuppetit vitæ S. Genouefæ virginis apud Surium ex vetuſtis Ms. codicibus tranſcriptæ authoritas, in qua puerum quadrimum, fidei Chriſtianæ tyrociniis addictum, cùm præceps in puteum ruiſſet, atque ad ima delatus, miſerabilem mortem oppetiiſſet, ſanctæ Virginis precibus ad vitam reuocatum eſſe, mentio eſt his verbis: *erat apud illam fœmina quædam, quam ab immundi ſpiritus vexatione liberauerat. habebat illa filiolum quadrigmum: qui, cum more puerorum temere luderet, præceps in puteum ruit, & ad ima demerſus eſt. Eum verò mater poſt trium ferè horarum ſpatium extractum è puteo, miſerabiliter complectens, ante pedes ſanctæ Virginis, ſciſſis genis, depoſuit. At illa corpus exanime, & rigidum pallio miſerata contexit, omnipotenteq; Deum pulſare*

*precibus & lachrymis non priùs deſtitit, quam*
*ctrix, & triumphatrix, orationum vi mortem*
*fligaret, & filium matri viuum reſtitueret,*
*tum Quadrageſimæ dies, & puer adhuc catech*
*nus de fide inſtituebatur, vt in Paſchatis vigili*
*ptiſmatis vndis expiaretur.* Deinde Simeon M
taphraſtes de vit. SS. & Demn. narrat, mu
vtriuſq; ſexus, tam infantes, quàm adultos
in Catechumenorum ordine collocati ex
acerbiſsimæ perſecutionis metu, citiùs, q
oportuerat, baptiſmo donatos fuiſſe: *Py*
(inquit) *cùm omnes congregaſsent ſimul Cate*
*menos, viros, & mulieres, & pueros, eoſque in*
*tuor diuiſiſſent, vt potè quòd tempus poſtularet*
*ritatem, eos diuino baptiſmo perficiunt, & chri*
*te vngunt, & intemeratis impertiunt ſacrame*
Addi poteſt. S. Amandi Epiſc. Traiac. vita,
à Baudemondo ſcriptam, Laurentius Su
refert. In ea enim vir diuini Spiritus, acer
gius pietatis vindex, & aſſertor, quendam D
goberti regis filium, qui quadrageſimum
tis diem non exceſſerat, catechumenorum
mero adiunxit; vt ex eius verbis liquet: *au*
*antem rex, quòd preces ſuas ſanctus non renueret*
*mandus, ſtatim ipſum puerum afferri præ*
*qui dicebatur non plus à natiuitate habere,*
*dies circiter quadraginta, accepit igitur vir ſa*
*in manibus puerum, & benedicens eum, cate*

Infantes Catechumeni audiebant con iones.

*menum fecit.* Ex quibus, & alijs quam plu
locis, quæ rerum diuinarum ſcriptores ſup
ditant, perſpici poteſt, quo ſenſu intelligi
porteat, cùm infantes à catechumenorum o
dine non eximimus. Neque enim ſolùm ſt

cæren
cras c
tare d
dentia
res of
licito
ſtiani
fidei,
SS. D
cap.
fac. C

*De diſ*
*de i*
*m*

I Nt
ne
Chriſ
tur. N
primò
cæren
catec
enim
*pater*
*ſuper*
*fidei v*
*ſimili*
& Ch

cæremoniis donatos eſſe, verùm etiam ad ſacras conciones: audiendas deferri ſolitos, putare debemus. In quo ſingularem veterũ prudentiam mirari licet, qui hac ratione ſuſceptores officij ſui admonere voluerunt, quàm ſollicitos eſſe oporteret in catholica fide, & Chriſtianis præceptionibus imbuendis, quos ſuæ fidei, & tutelæ commiſſos intelligerent: ſicut SS. Dionyſius Areopagita de Eccleſ. Hierach. cap. vltimo & Auguſtinus Epiſt. 23. ad Boniſac. Coepiſcop. ſignificare videntur.

---

*De diſtincta virorum, & mulierum catecheſi: & de ijs, ad quæ catechumeni erudiebantur; deque modo erudiendi, hoc eſt, per literas: & quænam ſcire tenerentur.*

## CAP. VI.

INter cætera autem maximè animaduerſione dignum eſt, quòd mares, & fœminæ ad Chriſtianam catecheſin diſtinctè admittebantur. Nam in Ordine Romano licet intelligere, primò mares, tùm fœminas catechumenorũ cæremoniis initiatas eſſe: quod ad diſtinctam catecheſin indicandam ſufficere debet. Eius enim verba ſunt: *Omnipotens ſempiterne Deus, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: item ſuper fœminas faciat ſimiliter.* Et alibi, cùm de manus impoſitione, & Chriſtianæ doctrinæ rudimentis loquere-

Mares & fœminæ diſtinctè ad catecheſim admittebantur, primò mares, tum fœminæ.

tur: *hoc expleto, ambulat in circuitu, impoſita*
*nu ſuper capita eorum, decantando excelſa voce*
*do in vnum Deum patrem, & reliqua. deinde ve*
*ſe ad fœminas, & facit ſimiliter.* Sed, quod
hunc locum attinet, lectores exiſtimare vel
quoniam fidei, morumquè diſciplina ad ſ
tem conſequendam neceſſaria erat, idcirco
techumenos non tam catholica religione,
Dei timore, officiique Chriſtiani præcep
nibus inſtitutos fuiſſe. Chriſtus enim Ma
vltimo, poſteaquàm Apoſtolis dixit: *do*
*omnes gentes, baptiZantes eos in nomine Patris,*
*Fily, & Spiritus ſancti*: ſubdit, *docentes ſe*
*omnia quæcunque mandaui vobis.* Quod cùm
timè intelligeret Apoſtolorum coriphæus A
2. priùs concione gentem illuſtrauit, & am
ctæ vitæ pœnas luendas eſſe, docuit: tum ve
qui ſitientes aures ad Dei verbum audiend
attulerant, fructumque aliquem ex eo per
perant, baptiſmate abluti fuere. Et S. Dio
ſius lib. de Eccleſ. Hierach. cap. de Sacram
luſtrat. baptiſmi miniſtrum induxit, poſte
quàm Dei myſteria, & Chriſtiani viri offi
explicauit, ab ipſo baptizando ſciſcitante
num ita polliceatur viuere; ſicut ipſe, vir
Chriſtianum decere, demonſtrauit: ait e
*ille, poſteaquàm pro ſuo in Deum amore, ex ijs,*
*ab eo, qui illum accepit, tradita ſunt, Dei priua*
*nem, ignorantiamquè veri boni, atque actionis di*
*næ vitæ vacuitatem accuſauit, petiitque ab eo*
*ſequeſtre Deo, vt ijs, quæ ad Deum pertinent, p*
*tur: tum ei exponit rationem perfectam, qua ad D*
*accedendum eſt, explanataque eidem diuina vi*

Catechumeni Chriſtianis ſacris & præceptis inſtruebantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*& vt ita dicam, conuerſatione: ex eo præterea quærit, num ità inſtituat viuere.* Sanctus quoque Baſilius ſerm. 1. de bapt. cùm dixit: *ante baptiſmum inſtructio præmittenda eſt, & primùm, quæ doctrinam, & diſciplinam impediunt, remouenda*, non obſcurè fidei, morumque inſtitutionem indicauit; quoniam primum *doctrinæ*, alterum *diſciplinæ* nomine ſignificatum eſt. Et S. Ambroſius initio lib. de iis, qui myſter. initiant. ad eandem conſuetudinem alludens, *de moralibus*, inquit, *quotidianum ſermonem habuimus.* quem locum de catechumenorum inſtitutione intelligendum eſſe, nemo eſt qui dubitet: cùm ipſius operis titulus id clarè demonſtret. Accedit S. Auguſtini authoritas lib. de fid. & oper. cap. 9. vbi arguens eos, qui catechumenis fidei tantum, non etiam morum præcepta tradenda eſſe, aſſerebant: ex Actorum teſtimoniis ſuam opinionem ità confirmat: *quod ait: baptiZauit eum Philippus, intelligi voluit omnia completa, quæ licet taceantur in ſcriptura, gratia breuitatis, tamen ſerie traditionis ſcimus implenda: pari modo etiam in eo, quod ſcriptum eſt, Euangelizaſſe Philippum Spadoni Dominum, nullo modo dubitandum eſt, & illa in catechiſmo dicta eſſe, quæ ad vitam, moreſque pertinent eius, qui credidit in Dominum Ieſum.* Ideoque S. Gregorius, cui propoſitum erat, ſingulis Eccleſiæ miniſtris officij ſui regulas, & præceptiones tradere, lib. Sacram de ordin. baptiſt. cùm ad modum efferendi ad catechumenorum album perueniſſet, ipſis Chriſtianæ diſciplinæ magiſtris, vt fidei elementa, rectèque viuendi rationem edoceant, præ-

cipit hoc pacto : *ad Catechumenum ex pa-*
*no faciendum, Gentilem hominem cùm ſuſcep-*
*primò catechiZes eum diuinis ſermonibus, &*
*ei monita, quemadmodùm poſt cognitam Verita-*
*viuere debeat* Illud verò animaduertend-
eſt, quamuis hæc inſtitutio viuæ vocis mini-
rio plerunque fieri ſoleret, tamen nonn-
quam etiam per literas expoſitam fuiſſe,
ægrotis, & abſentibus opportuna ſalutis r-
media non deeſſent, cuiuſmodi exemplum
Paulino Nolano ſcriptum eſt de vita ſan-
Ambroſij, vbi ad Fritigilem Marcomanor-
reginam, quæ ſuſcipiendæ religionis Chri-
næ ſtudio ardebat, S. Ambroſius Epiſtolam
catechiſticæ diſciplinæ morem exaruit: que-
admodùm ipſius Paulini verba teſtantur: *Fr-*
*tigil quædam regina Marcomanorum, cùm à q-*
*dam Chriſtiano viro referente ſibi audiret famam*
*ri, Chriſto credidit, cuius illum ſeruulum recogn-*
*rat: miſſis muneribus ad Eccleſiam, per legato-*
*ſtulauit, vt ſcriptis ipſius, qualiter credere debe-*
*informaretur. ad quam ille Epiſtolam fecit pr-*
*ram in modum catechiſmi:* Conſtat item in
alia, quæ catechumeni ſcire, & intelligere t-
nebantur, neceſſe fuiſſe, vt Dominicam pre-
tionem, duodecimquè fidei capita memo-
tenerent, quod Concilium Conſtantinop-
tanum, 6. can. 6. ita ſtatuit: *conſtitutum e-*
*ſanctis patribus, vt nullus chriſmetur, neque bap-*
*zetur, neque à lauacro fontis alium ſuſcipiat, ne-*
*coram Epiſcopo ad confirmandum quemlibet ten-*
*niſi Symbolum, & orationem Dominicam memo-*
*ter tenuerit.* Atquè illius veſtigium, & quæda-
ima-

Catecheſis quandoque facta per literas.

Catechumeni orationē Dominicam, & duodecim fidei capita ſcire tenebātur.

Suſceptorum vſus in confirmatione.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Imago eſt, cum ſuſceptores eadem in paruulorum baptiſmo recitant.

Vnde profectum ſit, vt ſuſceptores orationem Dominicam, & Symbolũ recitent.

---

*De miniſtro, loco, & ſitu Catechumenorum.*

## Cap. VII.

IAm vero, à quibus miniſtris catechiſmus traderetur, explicandum videtur; vt ij, quibus pręcipuè hæc curatio incumbit, muneris ſui antiquitatem agnoſcentes, illud accuratè, & diligenter obire ſtudeant. Sciendum igitur eſt, triplicem fuiſſe eorum ordinem: ac in primo quidem Epiſcopos, & Diaconos collocatos fuiſſe, quibus datum erat, vt iure ſuo hoc munus exercerent. De iis enim teſtatur S. Ambroſius Epiſtol. 33. cum de ſeipſo inquit; *ſequenti die, erat autem Dominica, poſt lectiones, atque tractatum dimiſſis catechumenis, ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſteriis tradebam Baſilicæ.* Et Theodorus Lector lib. 2. collect. vbi ait: *Timotheus ab amicis rogatus, ſymbolum fidei trecentorum decem, & octo patrum per ſingulas ſynaxes dici curauit, ad reprehenſionem videlicet Macedonij, quaſi ille ſymbolum hoc non receperit, cum antea ſemel tantum in anno, in paraſceue videlicet Dominicæ reſurrectionis tempore, quo Epiſcopus catechizabat, recitatum eſſet.* Quod vero Diaconi ritè, & legitimè hanc functionem exercerent, è SS. Patribus conſtat. Nam, cum illorum munera meminit recenſeret Clem. Pontifex Epiſt 1. ad

Miniſtri catecheſis erant triplicis generis. Primus ordo miniſtrorum, Epiſcopi, & Diaconi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iacob. frat. Dom. etiam huius meminit,
cens: *de his ergo, vt diximus, Diaconis cura ſi*
*& eos, qui ſecundum carnem ægrotant, ſollici*
*quirant, & plebi indicent de his, vt ipſi viſite*
*&, quæ neceſſaria ſunt, præbeant eis. & cum*
*chiƷant, id eſt, cum verbo inſtruunt incipien*
*mo oportet, vt ipſi inſtructi ſint.* Quod etiam
cti Auguſtini teſtimonium confirmat; du
de catechiz. rud. Diaconi cuiuſdam mem
qui eum per literas conſuluerat, quam
nem in iis, qui Chriſtianam diſciplinam, &
ligionem capeſſere ſtudebant, fidei prin
edocendis ſequi oporteret: *petis à me frat*
*gratias, vt aliquid ad te de catechizandis rud*
*quod tibi vſui eſſet, ſcriberem. dixiſti enim, q*
*pud Carthaginem, vbi Diaconus es, ad te ſæpe*
*cantur, qui fide Chriſtiana primitus imbuendi*
Immò in Apoſtolorum Actis clariſſimum
emplum legere poſſumus, cum [a] Phili
Diaconus Eunucho, diuina vaticinia leg
baptiſmum contulit. Quamuis enim ibi
inſtitutionis, vel doctrinæ mentio ſit, tam
ea, quæ ad rudes catechiſmo excolendos
tinent, accuratè tradita eſſe, omnes eius
interpretes, ſed præcipuè Ioannes Fer
Hofmeiſterus perſpicue oſtendunt. Secu
catechiſtarum locum obtinebant ſuſcep
res, & parentes, quibus Chriſtianis ſacris
præceptis inſtruendi munus commiſſum
ſe, plurima Conciliorum decreta teſtan
vt Arelatenſis cap. 19. *parentes filios ſuos, &*
*trini eos, quos de fonte lauacri ſuſcipiūt, erudire*
*mopere ſtudeant, illi, quia eos genuerunt, &*

a Actor. 2.

Secundum locum cate chiſtarum obtinebant ſuſceptores & parentes.

*Domino dati ſunt, iſti, quia pro eis fideiuſſores exiſtūt.* & Moguntini cap. 47. *præcipimus, vt vnuſquiſq; compater, vel proximi ſpirituales filios ſuos catholicè inſtruant.* Extremus ordo erat illorum, qui, neceſsitate cogente, ad id munus admittebantur. Cum enim Epiſcopis, & Diaconis, qui publicæ animarum curationi prępoſiti erant, tātum temporis non ſupereſſet, vt priuatam illam curam rudes in fide inſtituendi ſuſcipere poſſent, ipſi autem ſuſceptores, ac parentes humanis negociis deditì, muneris ſui partes negligerent; in ſingulis ciuitatibus certus aliquis conſtitutus erat, qui catechumenis fidei, & Chriſtianæ religionis præceptis informandis operam daret. quo officio Carthagine Optatus Lector functus eſt, ſcribente S. Cypriano Epiſtol. 24. ad cler. *Optatum inter lectores doctorem audientium conſtituimus:* & apud Alexandriam non modo Pantænus, ſed etiam Clemens, Origenes, Heraclas, & Dionyſius; quēadmodum in Euſebio lib. 5. hiſtor. Eccleſ. cap. 10. traditur his verbis: *eodem tempore Pantænus, vir omni humaniore literatura præſtantiſsimus, inſtitutioni Chriſtianorum illic præficitur: quo quidem in loco, conſuetudine ab antiquis temporibus ducta, ſacrarum literarum ſchola habebatur: quæ eſt ad noſtram vſque ætatem continuata.* Atque hæc quidem de Pantęno ſatis manifeſta ſunt. quæ autem ad Clementis ſcholam pertinent, ſumpta ſunt ex lib. 6. cap. 5. *poſt Pantænum Clemens ſcholæ Alexandrinæ ad fidei principia docenda inſtitutæ ad illud ipſum tempus, quod iam perſequimur, præfuit.* Origenis meminit cap. 3. eiuſdem libri.

Tertius ordo catechiſtarum, certi homines mercede conducti, qui ſcholā Chriſtianæ inſtitutionis exercebant.

Pantænus, Clemens, Origenes, Heraclas, & Dionyſ. doctores catechumenorum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Origenes decimum octauum ætatis ſuæ annum agebat, cum ſcholæ Chriſtianæ inſtitutionis præ... batur.* & Heraclæ cap. 20. *decimus iam ... gebatur imperij Alexandrini ſupra demon... cum Origenes Alexandria Cæſaream profe... ſcholam inſtitutionis, quæ erat ad illius loc... tores in fidei principiis informandos ædificata, He... clæ reliquit.* De Dionyſio autem ſermo eſt ... 23. vbi eius inſtitutionis ordo in hunc mod... deſcribitur. *vbi autem poſt Demetrium Hera... Epiſcopatus miniſterium Alexandriæ obtinu... Dionyſius, vnus item ex Origenis diſcipulis, ſcho... inſtitutionis ibidem capeſsit.* Atque hanc con... tudinem diu in Eccleſia receptam fuiſſe, Am... larij Fortunati verba, quę lib. 1. de Eccleſ... Offic. cap. 38. poſita ſunt, manifeſte declar... *quod diſtat inter Adam, & Abraham, hoc ... differre inter doctrinam magiſtrorum ad catechu... nos, qui baptizantur in Paſcha Domini, & in Pen... tecoſte.* magiſtri enim catechumenorum ... tionem, quam facit, ad Chriſtianæ inſtitutio... nis ſcholam, de qua ſermo eſt, pertinere ... verbis, quæ Author ibidem ſubdit, intellig... poſſumus. Neque vero hoc munus ita liber... fuiſſe, quiſquam arbitretur, quin aliquis lo... illi obeundo ſtatutus eſſet. Nam aut in bap... ſteriis id fiebat, quemadmodum S. Ambro... aſſerit Epiſtol. 33. illis verbis: *ſequenti die, ... autem Dominica, poſt lectiones, atque tractatu... ſymbolum aliquibus competentibus in baptiſte... tradebam Baſilicæ:* aut Eccleſia eidem mun... eligebatur, non quidem pars illa, qua fide... magno religionis, pietatisq; ſtudio ſacris ...

Magiſtri catechumenorum quamdiu durauerint

Catecheſis locus in baptiſteriis aut Eccleſia.

ſteriis aderāt, ſed altera è lignis prope veſtibulū affabre facta: cuius mentionē faciens Conciliū Conſtantinopolitanum 6. cum Eccleſiarum violatores ab earum liminibus arceri, can. 97. ſtatueret, ait: *eos qui indiſcriminatim ſacra loca cōmunia faciunt, & contemptim in ea aſſideuntur, & ſic in eis permanent, etiam ex iis, quæ ſunt in venerabilibus templis, catechumenorum manſionibus extrudi iubemus.* Et Simeon Metaphraſtes de vit. S. Parthen. Epiſc. Lamps. dum Alanæ cuidam eius precibus diem reluxiſſe, tradit, hoc idem apertiſſime declarat: *quendam autem alium, nomine Alanam, genere Syrum, operatione mali, qui in eo habitabat, dæmonis, ex tabulario catechumenorum ſanctæ Eccleſiæ, quam condidit ſanctus vir Parthenius, ſuſpenſum, & tractum, & effectum mortuum, ad cadauer aduenient Dei famulus, illum quoque viuificauit precibus, & ab eo fugauit dæmonem.* Atque huc etiam ſpectat, quod non ignobilis [a] author de ſeptem Vrbis Eccleſiis tradit, non longe ab Eccleſiæ porta duo pulpita fuiſſe, in quibus S. Pauli Epiſtolæ, & Chriſti Euangelium legi ſolebant, & in ſpatio, quod eſt inter illa, & Eccleſiæ portā, catechumenorum loca conſtituta eſſe, quæ ἀκρόασις, & ὑπόπτωσις appellātur. de quibus Gregorius Taumaturgus Epiſt. can. c. 9 & Ancirana Synodus can. 4. & 5. meminerunt. Præterea hic locus in altum nonnihil editus erat, quod indicant nō modo Simeonis verba iam citata, ſed etiam Iacobi Diaconi in vit. S. Pelagiæ, vbi de illius baptiſmo, & ſacra catecheſi diſſerens, *ſpiritalis vero*, inquit, *mater ei attributa eſt ſancta Domina*

Catechumenorum manſiones in Eccleſia.

Catechumenorum tabularium

a M. Attilius Serranus.

Catechumenorum locus in altum editus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Romana prima Diaconiſſarum: quæ eam ad ſe a*
*piens, aſcendit cum ea in locum, vbi catechumen*
*ſtituebantur, quod & nos illic maneremus,* vbi c
ſtat, *aſcendendi* verbo locum eminẽtiorem
dicari. Neque tamen in eo genua flecten
cebat; ſed ſtare, veteri Eccleſiæ vſu, ſolite
tum quia hic ſitus ad animi fortitudinem,
Chriſtiana ſacra tueri debebant, indicand
& demonſtrandam aptior erat; tum ne ba
zandorum myſteria cum ſacerdotij cære
niis miſcerentur; inter quas genuum fle
præcipuum locum obtinebat. Propterea C
cilij Neocęſarienſis Patres can. 5. eos, qu
nibus flexis audiebant, graui culpa teneri,
tuunt illis verbis: *catechumenus, ſi in Domi*
*ingrediens, in catechumenorum ordine ſteterit, i*
*tem peccat, ſi genu quidem flectens audiat.* Et ſ
ctus Gregorius Nazianzenus orat. 19. in la
frat. morr. quicunque catechumenis in ge
procumbentibus fidei myſteria tradeba
manifeſti erroris arguit, dicens: *ſpiritualem*
*dam erratum ſynceræ diſciplinæ magiſtri admi*
*idque quod futurum erat, gratia præſignat, ac ſ*
*dotij forma cum catecheſi miſcetur. o initiatio*
*minime ſpontaneam. Etenim in genu inclinatu*
*demũ catecheſis ſermonibus imbuitur: adeo v*
*ii, qui aderant, non ſublimiorum tantum, ſed e*
*ad ſagacitatem humiliorum, haud obſcuris ſ*
*confirmati, quod futurum erat, prædicerent.* Q
loco Elias Cretenſis *qui diuinam,* inquit,
*ſtem, & ſpiritualem regenerationem conſec*
*ſunt, recto corpore ſtantes, & nunc ad Occident*
*nunc ad Orientem ſeſe conuertentes, atque adu*

Catechumeni ſtabãt, & cur.

Genuum flexio, ſacerdotij cæremonia

Dominicũ, id eſt Eccleſia.

*quidem, eiuſque operibus renunciantes, ad Chriſtum autem, & Chriſtianam vitæ rationem ſeſe adiungentes, & initiati, ſacras inſtitutiones audiunt, in ſacerdotalibus autem initiationibus, qui diuinum ſacerdotum ſuſcepturus eſt, non rectus ſtans, ſed vtroque pede ante altare inclinatus, ac pontificalem manum ſuper caput ferens, ab eo Pontifice, à quo conſecratur, per ſacrificas inuocationes ſanctificatur. quamuis autem hæc ita ſe habeant, ij tamen, qui magni huius viri patrem per ſacras inſtitutiones, ad ſacram & diuinam natiuitatem ducebant, licet ipſi accuratioris diſciplinæ magiſtri eſſent, ſpirituali quodam errore labuntur. Nam, cum eum, quem initiabant, in genu flexiſſent, ſic ipſum ſacris inſtitutionibus donant: ac pedum inclinatio, & genuum flexio, quæ ſacerdotij typus erat, eius, qui ſpiritualiter regenerabatur, inſtitutioni miſcetur* Hæc ille: in quibus recenſendis ideo longiores fuimus, quod pleraque eorum ad præſentem quæſtionem pertinere videntur: quæ ſi quis diligenter conſideret, minime dubitabit, quotquot catechumenorum ordini adſcribebantur, ſtare ſolitos fuiſſe. Deinde vero illud accedit, à priſcæ religionis cultoribus inuiolatè ſeruatũ, vt, cum ſacra catecheſis habebatur, innumeri homines certatim vndequaque confluerent, non tam videndi ſtudio, quam vt piam ſalutaremque actionem precibus, ac oratione proſequerentur: & ex ſanctiſſimis, caſtiſſimiſque cæremonijs fructum aliquem Chriſtianæ pietatis reportarent. cuius exemplũ legimus apud Hugbaldũ Monac. Elnonẽſem de vit. S. Rictrudis Martianẽſis: cum ait: *adducitur infans dies natus*

Initiandi ſacris ordinib. genua flectebant, & ſuper caput eorũ Pontifex manum ponebat.

Genuum flexio, ſacerdotij typ^9^.

*quadraginta; adhibetur catecheſis à ſanctopre-*
*&, cum finita prece ex tanta hominum frequen-*
*nemo reſponderet, Amen, infans ille, cunctis au-*
*tibus, clara voce reſpondit, Amen.* multaque
argumenta deſumi poſſunt ex libro quarto,
de multitudine ad baptiſmum videndum c-
fluente diſſeretur: quod catecheſis, & bap-
mi ea in re par ratio fuerit, & ſæpe alter-
ram ſubſecutus ſit, ita vt, quę ibi teſtimonia
feremus, ad hunc locum aptiſſime referri p-
ſint. Tu lector modici temporis laborem
recuſes, & veterum Patrum authoritate-
dem citandas eò libentius præuide: quon-
huius conſuetudinis cõfirmandæ firmius f-
damentum tibi ſuppeditabunt.

---

*De tempore catechiſmi.*

## Cap. VIII.

QVandiu autem in catechumenorum o-
dine manerent, vel quonam temp-
noſtræ religionis elementa ad fidem acceden-
tibus explicari inciperent, eadem de omnib-
locis, ac temporibus regula afferri non pot-
Nam, quemadmodum ipſius baptiſmi temp-
præ diuerſa locorum, temporumque ration-
multiplicem varietatem nactum eſt, ſic cate-
chumenos imbuendi. ſingula tempora, & re-
giones peculiarem ritum habuerunt. Princi-
pio quidem, & cum neceſſitas poſtulabat, nul-

lum tempus incohandæ, aut proferendæ catecheſi præfinitum erat, ſed quoſcunque de ſua ſalute vere ſollicitos eſſe, conſtabat, rerum ſacratum cognitione breui inſtructos, Apoſtoli ſancto ablutionis ſacramēto initiabant. quod ſignificare videntur non modo Apoſtolorum Acta, quæ Cornelium, Eunuchum, alioſque breui temporis ſpatio ad fidem conuerſos eſſe, teſtantur, & alia innumera loca veterum Patrum in quibus ſubitanei baptiſmi mentio eſt, ſed etiam quicunque poſt ſanctum baptiſma, cæleſti doctrina nonnunquam imbutos fuiſſe, meminerunt, vt Euſebius lib. 6. Hiſt. ca. 35. *in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfuſus baptiſmum accepit, verum morbo tandem elapſus, neque cætera, quibus poſt baptiſmum ſecundum Eccleſiæ canonem imbui oportu rat, acquiſiuit, neque Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit.* Et Amphilochius de vit. S. Baſil. *baptizauit eum, porrectiſque illi vitalibus ſacramentis, aſſumpſit eum, & adduxit in cubiculum ſuum, præbens ei eſcam, & inſtituens illum de iis, quæ ad æternam vitam pertinent.* præcipue vero Vualfridus Strabo, qui lib. de reb. Eccleſ. cap. 26. de Eccleſiæ catholicæ, & cæremoniarum incrementis diſſerens ait: *alij addiderunt in baptiſmatis ſacramento exorciſmos, alij conſecrationem fontis, alij ſalis, vel ſaliuæ infuſionem, alij catechumenorum ordinabilem inſtructionem.* Si enim certa inſtituendi ratio baptiſmi cæremoniis addita fuit, iam palàm eſt, in Reipublicæ Chriſtianæ incunabulis non fuiſſe. Sicut ex eo, quod Euſebius hominem peſtifera prauarum opinionum labe corruptum

Catecheſi incohandæ aut proferendæ nullum tēpus præfinitū.

Catecheſis vſus poſt baptiſmum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reprehendit: quia morbo elapſus, ſacra cate-
cheſi poſt baptiſmum imbui noluit: & Amph-
lochius S. Baſilium, poſt baptiſmum, Chriſtia-
nis pręceptis, ac fide inſtitutum fuiſſe, docu-
omnes intelligunt, quandoque baptiſmu-
ipſi catechiſmo anteceſſiſſe, & neceſſaria co-
ſecutione, certos catecheſi terminos prim-
temporibus conſtitutos non eſſe. Poſtea vero
cum Eccleſiæ rebus honor acceſſiſſet, ac fid-
Chriſtiana melius habere inciperet, viſum e-
Eccleſiarum rectoribus, vt catechumeni in re-
ligionis noſtræ rudimentis diu perſiſterent.
Cuius rei mentionem habemus in vita S.
Ind. & Demn. quam Simeon Metaphraſt-
conſcripſit, vbi inquit: *Pij vero, cum omnes co-*
*gregaſſent ſimul Catechumenos, viros & mulie-*
*& pueros, eoſque in quatuor diuiſiſſent, vtpote qu-*
*tempus poſtularet celeritatem, eos diuino bapti-*
*perficiunt, & chriſmate vngunt, & intemera-*
*impertiunt ſacramentis.* Nam, cum propter di-
ſimæ perſecutionis metum, catecheſis tem-
pus contractum fuerit, ne in baptiſmi diſc-
men vocarentur, fateri oportet, certum, lon-
gumque catecheſi terminum decretum fuiſ-
Verum illuſtrior eiuſdem rei mentio fit in C-
cilio Nicæno I. can. 2. cum ſtatuitur: *quoniam*
*multa vel neceſſitate, vel vrgentibus alioqui hom-*
*nibus præter canonem Eccleſiaſticum facta ſunt,*
*homines, qui è vita gentili ad fidem nuper acc-*
*runt, & exiguo tempore catechumeni, id eſt, inſtr-*
*fuere, ſtatim ad lauacrum ſpiritale deducant, viſ-*
*eſt, vt nihil deinceps tale fiat.* Item in Conc-
Conſtantinopolitano I. can. 7. *quicunque ex h-*

Catechumeni in religionis Chriſtianæ rudimentis diu perſiſtebant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*rectæ fidei adſcribi volunt, ut græcos admittimus, & primo quidem die ipſos Chriſtianos facimus, ſecundo catechumenos, deinde tertio exorcizamus, ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum, & aures inſufflando, & ſic eos catechizamus, & curamus, ut longo tempore verſentur in Eccleſiis, & audiant ſcripturas, & tunc ipſos baptizamus.* Et in Concilio Conſtantinopolitano VI. can. 95. *omnes ex iis, qui ad rectam de fide ſententiam volunt accedere, ut græcos recipimus, & primo quidem die eos Chriſtianos facimus, ſecundo autem catechumos, deinde tertio adiuramus, ſimul etiam ter in faciem, & aures inſpiramus, & ſic initiamus, & diu in Eccleſia verſari, & ſcripturas audire facimus, & tunc ipſos baptizamus.* In quibus omnibus perſpicuum eſt, certum terminum cum ordiendæ tum abſoluendæ catecheſi circumſcriptum fuiſſe. Verum hoc tempus eodē dierum termino apud omnes nationes definitum non erat. Namque in Hiſpania duobus annis inter Catechumenos manere oportere, ſtatuit Concilium Eliberinum can. 42. his verbis: *eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, ſi bonæ fuerint conuerſationis, intra biennium temporis, placuit ad baptiſmi gratiam admitti debere.* Samaritanis etiam tandiu manendum fuiſſe, ex Photij monocanone colligitur tit. 4. cap. 4. cum inquit: *tertia autem conſtitutio tertij tituli nouellarum, quæ eſt ſecunda de Samaritanis, ſita autem in ordine librorum, qui ſunt in Patriarcheio, 133. decernit, ne Samaritani ad ſanctum baptiſmum cito, ac breuiter recipiantur: ſed bonam quidem doctrinam ſentientes, biennio catechizentur, & ſic baptizentur.*

Catecheſis in Hiſpania durabat duos ānos.

Samaritani duobus annis inter catechumenos manebant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In cuius loci explicatione Balſamon, vir no
eruditionis, Iuſtiniani quoque authoritat
addidit, inquiens: *centeſima quadrageſima qu*
*ta autem Iuſtiniani nouella, ſua in libro 1. Imp.*
*tuit, vt Samaritæ nihil vel ex teſtamento, vel ab*
*teſtato, vel ex donatione accipiant: catechizantur*
*tem ipſi biennio, ſi ſint catechiſmi capaces.* Ati
liis regionibus tam Orientis, quam Occide
tis primo quidem cautum erat, vt ſinguli t
bus menſibus catechumenorum leges, & p
ſcripta ſeruarent. quod ſtatuit Clemens I. E
ſtol. 3. de offic. ſacerd. & cleric. vbi ait:
*dat autem, qui vult, ad ſacerdotem ſuum, &*
*det nomen ſuum, atque ab eo audiat myſteria r*
*cœlorum, ieiuniis frequentibus operam impend*
*ſemetipſum in omnibus probet, vt tribus menſ*
*iam conſumatis in die feſto poſſit baptizari.* Tu
more poſitum fuit, vt ſolum quadraginta d
bus in catechumenorum claſſe perſiſter
qua de re S. Hieronymus Epiſt. ad Pammac
ſic ait: *conſuetudo apud nos eiuſmodi eſt, vt iis,*
*baptizandi ſunt, per quadraginta dies publice*
*damus ſanctam, & adorandam Trinitatem.* Et
quanto ante Cyrillus Hieroſolymitanus m
minerat catech. 1. myſtagog. qui fidei Chriſti
næ candidatos pio quodam ardore ſanctar
cohortationum ad ſtudium vitæ aſperioris
cendit, vt, cum multis annis voluptati, & lib
dinibus indulſiſſent, eos quadraginta dier
pœnitentiam ſuſcipere non pigeret: *relinqu*
inquit, *præſentia, & crede futura. tot annorum*
*culos tranſegiſti, mundo fruſtra operam nauans, &*
*quadraginta diebus non vacabis pro anima tua?*

Catecheſis in pleriſque regionib⁹ primo durauit tribus mẽſibus.

Catecheſis tempus cõtractum ad 40. dies.

Catecheſis deducta ad 18. dies, & eius initiũ factũ feria 4. hebdomadę 4. Quadrageſimæ, & qua. c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pœnitentiæ tempus catecheſis durationem æquabat. Sed hic mos etiá poſtea ad decem, & octo dies deductus fuit; cum feria quarta hebdomadæ 4. quadrageſimæ catechiſmus incohari ſolitus eſſet, vt, qui baptizandi erant, ipſo dierum numero intelligerent, ſe non ad otium, ſed ad Chriſtianam vocari militiam, ac ſi quarta ætate, videlicet iuuentute quæ pugnæ eſt apta, ad militiam eligerentur. Hanc autem præclariſſimam conſuetudinem ſexcenta veterum Patrum teſtimonia demonſtrant. Neque enim vnius Amalarij Fortunati ea ſunt verba lib. de Eccleſ. offic. cap. 8. *modo dicendum eſt, vt promiſimus, quare hoc officium agatur quarta feria quartæ hebdomadæ quadrageſimæ. non immerito eadem die, & eadem hebdomada Catechumeni ad nomen Chriſti accedunt, quæ præfigurata eſt à quarta ætate hominis, id eſt, iuuenili, quæ apta eſt gubernaculo imperij, & ab eadem ætate ſæculi, quæ innouata eſt ex promiſſione regni Chriſti.* Sed, ſi quis diligenter attenderit, eandem omnium Patrum, qui de hac re ſcripſerint, ſententiam fuiſſe, facile comperiet. In primis Iuo Carnotenſis ſerm. de ſacram. neophit. cum diei tertij myſteria explicaſſet, de quarto inquit: *dehinc quarta ætate in illa terrena Hieruſalem claruit regnum Dauid, Chriſti, & Eccleſiæ regnum præfigurans, de cuius ſemine idē Chriſtus natus eſt, in Eccleſia ſua ſpiritualiter regnans, & eam ſibi obtemperantem poſt tempora glorioſè coronans. Inde eſt, quod, qui ſabbato ſancto ſunt baptizādi quarta hebdomada quadrageſimalis obſeruātiæ, quæ continentiæ nobis arma miniſtrat, & quarta eiuſdem*

*hebdomadæ feria, catechizandi, & exorciẓandi* *feruntur ad Eccleſiam, ibi audituri, & inſtru* *qualiter contra ſpirituales nequitias ſint pugna* *ſed tamen vſque in ſabbathum Paſchale bapti* *eorum differtur, hoc attendente Eccleſia, quia qu* *agonem in præſenti vita vocantur, in ſpe futura* *tis baptizantur.* Et Rupertus Abbas li. 4. de D uin. offic. cap. 18. de fer. 4. ſcrutin. dum e dem argumenti meminit: *feria quarta ſacram ta, quæ noua Eccleſiæ propria ſunt, incohantur:* *enim die catechumeni noſtri ex antiqua tradi* *ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſignantur, vt ſacroſanct* *lennitate noſtræ redemptionis ex aqua, & ſpi* *ſancto renaſcantur.* Item Hugo Victorinus de ſacram. cap. 17. vbi hanc materiam ſibi plicandam propoſuit: *notandum etiam, quo* *ptizandi in Sabbato Paſchali, quarta feria qu* *hebdomadæ Chriſtianæ militiæ, id eſt, quadrag* *deferuntur ad Eccleſiam, vt exorcizentur, & ca* *chizentur. ideo autem quarta feria quartæ hebdom* *dæ huic officio deputata eſt: vt, qui baptiẓandi ſu* *ipſo numero intelligant, ſe non ad otium, ſed ad Chri* *ſtianam vocari militiam, ac ſi quarta, videlicet* *uentute, quæ pugnæ eſt apta, ad militiam eligant*

Baptizãdi in Pẽtecoſte, 18. dieb ante catechumenorum ordini adſcribebantur.

quibus locis animaduertendum eſt, ſolum do de iis, qui in Paſchate baptizandi er ſermonem eſſe, cum eos, qui ad Penteco ſacri baptiſmi vota differebant, extra quad geſimam, totidem diebus ante Catechu norum claſſi addictos fuiſſe, putãdum ſit. S tamen obijci poſſe, quod de catecheſis te pore cum Author Conſtit. Apoſtol. loqui trium annorum meminit li. 8 c. 38. *qui catech*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*erudiendus eſt, per tres annos erudiatur.* cùi ſic reſponſum volo, Authorem ſolummodò de ijs, qui ad percipienda fidei myſteria propter ingenij imbecillitatem tardiores erant, locutum eſſe; vt patet ex verbis, quæ ſubdit: *quòd ſi virtute præditus ſit, & erga ſcripturam ſtudium oſtendat, recipiatur; quoniam non tempus, ſed animus æſtimatur.* Præterquamquòd, ſi quis Authorem non præcepiſſe, verùm conſilium dediſſe cenſeat, libenter me ſocium ipſius ſententiæ adſcripſerim. Sed quamuis hæc conſuetudo ad omnes catechumenos pertineret; tamen dubitare non poſſumus, eos exceptos fuiſſe, qui turpiſsimo Idolatriæ crimine fidem eierabant. Ij enim, cùm ſceleris commiſsi labem diuturno piaculo diluere deberent, tribus annis in catechumenorũ numero reponebãtur. Quod cùm multa veterum Patrum, & Conciliorum decreta confirmarunt, tùm verò à ſancta Nicæna Synodo ſancitum eſt can. 14. vbi dicitur: *de catechumenis lapſis ſancto, & magno concilio placuit, vt tribus annis ſint inter audientes.* Pro cuius loci explicatione quanquam: à nobis multa dici poſſent, tamen in præſenti ſatis erit admonere, *audientes* genus fuiſſe eorum, qui pœnitentiæ addicti erant: reliqua poſteà perſequemur. Ac tempus quidem olim fuiſſe, cùm catechumenorum plurimi baptiſmi diem longiùs extraherent, ex Conſtantini Magni, aliorumquè exemplis facilè intelligimus. Verùm eam conſuetudinem, quòd plurimum detrimenti Chriſtianæ Reipublicæ afferet, primo quidem Neocæſariana Synodus can. 12.

Catecheſis trium annorũ quomodò intelligenda.

Idolatriæ crimine fidem ejerãtes, tribus annis catechumenorum claſsi addicti erant.

Baptiſmũ aliqui differebant vſquead prouectiorem ætatem.

Cõſuetudo baptiſmi longius extrahendi cur, & quãdo deſierit.

tum in Occidente S. Ambroſius, in Orien
vero Baſilius, Gregorius Nazianzenus, & N
ſenus extirpare, & euellere plurimum con
ſunt, vt eorum orationes de baptiſmo e
ſignificant. Nec mihi quiſquam obiecerit
Auguſtinum, authore Baronio ad ann. Ch
CCCLXXXV. duobus annis, & aliquot me
ſibus Catechumenorum ordini adſcriptu
fuiſſe. Nam, præterquam quod Baronij o
nio falſa eſt: ſicut Ludouicus de Angelis,
thor non ſpernendus, lib. 3. ca. 3. de vita, &
dibus S. Auguſtini oſtendit, vbi firmiſſimi

S. Auguſtinus quãdiu inter Catechumenos numeratus fuerit.

gumentis, & rationibus probat, ipſum à v
ſima octaua menſis Auguſti die vſque ad vi
ſimam quartam Aprilis Catechumenor
claſſem tenuiſſe; etiam exemplum ſingul
eſt, quod vniuerſalem Eccleſiæ morem p
bandi vim non habet. qua ratione ad alia p
rima veterum ſcriptorum teſtimonia reſp
dere poſſumus, vt Authoris vitæ SS. Anthi
Siſinnij, & ſociorum, qui eos ſeptem diebu
Catechumenorum numero collocatos fui
tradit: *exactiſque ſeptem diebus, quibus eos doc*
*runt myſterium Chriſti, baptizauerunt eos*; & v
S Pancratij ex peruetuſto manuſcripto co
à Laurentio Surio collectę, in qua legimu
ſum, patremque eius Dionyſium viginti d
bus Catechumenorũ ordinem auxiſſe: *ſan*
*Pontifex eos amplexans, declarauit eis cæleſtem*
*uinitatem: porro poſt dies viginti baptizauit*
Conſtat enim, ea, pręter canonum ſanctione
neceſſitatis caſu cõtigiſſe; quod ipſos bapti
ſacramento quamprimum initiari, Eccle
Rector

exiſtimarent. Nos autem legitimæ catecheſis tempus exequimur: quod præ locorum, ac temporum diuerſitate eo, quem diximus, modo varium fuiſſe, ſatis, ſuperquè probatum eſt.

---

*Catechumeni omnes Chriſtianorum ritus, & præcipuè Quadrageſimam obſeruabant: eiſque panis ſanctificatus, ſiuè ſal loco Euchariſtiæ dabatur.*

## CAP. IX.

VIdeamus nunc, quid catechumeni in eo Chriſtianæ religionis tyrocinio præſtarent Inprimis itaque conſtat, eos omnes Chriſtianorum ritus diligenter obſeruaſſe. cuius præclarum teſtimonium à S. Auguſtino habemus, cùm Epiſtol. 86. ad Caſulan. presbyt. de ieiunio ſabbati aduerſus Vrbicum quendam, qui ſtultiſsimè de ea re ſcripſerat, ex S. Ambroſij diſciplina, ità diſſerit: *indicabo tibi, quid mihi de hoc requirenti reſponderit venerandus Ambroſius, à quo baptizatus ſum, Mediolanenſis Epiſcopus, nam, cùm in eadem ciuitate mater mea mecum eſſet, & nobis adhuc catechumenis illa ſollicitudinem gereret, vtrùm ſecundum morem noſtræ ciuitatis ſibi eſſet ſabbato ieiunandum, an Eccleſiæ Mediolanenſis more prandendum, vt hac eam cunctatione liberarem: interrogaui hoc ſupradictum hominem Dei. at ille, quid poſſum, inquit, hinc docere amplius, quàm ipſe facio? vbi ego putaueram, nihil eum iſta reſponſione præcepiſſe, niſi vt ſabbato*

Catechumeni ſeruabāt omnes ritus Chriſtianorum.

Ieiunium ſabbati multis in locis in vſu erat.

*pranderemus.* Quo loco manifeſtum eſt, S.
guſtinum, cùm catechumenorum ordin
ſcriptus eſſet, de Chriſtianis tamen ritibu
licitum fuiſſe. Quin etiam certiſsimum
eoſdem ſolennia Quadrageſimæ ieiunia
ctè celebraſſe. In vita enim S. Sebaſtian
nuſcripta, quam Laurentius Surius public
tilitati edidit, aperta mentio eſt, maiora
temporis ieiunia Catechumenis indicta
vt ſe à mundi illecebris, carnisquè volup
bus abſtraherent, ac rebus omnibus hum
nuncium remitterent: *Quadrageſimæ* (in
Surius) *tempus ideò baptizandis iniungitur,*
*nibus illis diebus diſcant renunciaturos ſeſe*
*bus artibus inimici, mundiquè commercijs hi,*
*riſſimè volunt effici Chriſtiani.* Iſidorus ver
Hiſpalenſis, & Albinus Flaccus, cùm de
baptizandis capita lauandi loquerentur,
conſuetudinis rationem fuiſſe tradiderunt
quadraginta dierum abſtinentia, ieiunijs
què ſalutaris pœnitentiæ diſciplina ſord
ad chriſmatis vnctionem accederent. qu
alter lib. 1. de Eccleſ. Offic. cap. 27. de Do
Palmar. ait: *vulgus autem ideò eundem diem*
*pitilauium vocat, quia tunc moris eſt lauandi*
*infantum, qui vngendi ſunt, ne fortè obſerua*
*Quadrageſimæ ſordidata ad vnctionem acced*
Alter verò ſic lib. de Diuin. Offic. cap. de D
min. Palm. *capitilauium ideò hunc diem*
*pellat vulgus, quia tunc mos eſt lauari capita*
*tium, qui vngendi ſunt ſabbato ſancto, ne fort*
*ſeruatione Quadrageſimæ ſordidati ad vnction*
*accederent.* Cum autem Euchariſtiæ ſacram

Catechumeni Quadrageſimã obſeruabant.

Dominica palmarum cur capitilauium diceretur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

to fidelium more, expiari non poſſent, optimo iure factum eſt, vt ſanctificato pane, (ſic enim vocant) vel ſale inſtar cœleſtis pabuli, reficerentur. cuius rei multos locupletes, & idoneos authores habeo, vt Concilium Carthaginenſe I. cuius hæc ſunt ex cap. 5. *item placuit, ut etiam poſt ſolenniſſimos Paſchales dies ſacramentum catechumenis non detur, niſi ſolitum ſal; quia, ſi fideles per illos dies ſacramentum non mutant, nec catechumenis oportet mutari:* Et S. Auguſtinum, qui lib. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 26. dum varias rationes ſanctitatis acquirendæ, & in principem amicitiæ, & gratiæ Dei locum perueniendi refert, ita loquitur: *non vniuſmodi eſt ſanctificatio. Nam & catechumenos ſecundum quendam modum ſuum per ſignum Chriſti, & orationem manus impoſitionis puto ſanctificari: & quod accipiunt, quamuis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen, & ſanctius, quàm cibi, quibus alimur, quoniam ſacramentum eſt*, &c. Vbi quamuis eius rei, quam probamus, expreſſa mentio non fiat, tamen & ex eo, quòd corporis alimento comparatur, panem, & quia *ſanctum*, ſiuè *ſanctius* appellatur, à communi vſu certis precibus exemptum fuiſſe, perſpicuum eſt: vt non immeritò noſtri ſcriptores, coniunctis nominibus, *panem ſanctificatum* appellauerint Alia denique exercitationum genera referre poſſemus, quæ in præſentia non inuiti conſultò prætermimus, multa poſt ad hæc addituri, cùm de pœnitentia, eiuſque generibus tractabimus libro ſequenti.

Catechumeni ſanctificatum panē, ſiuè ſal loco Euchariſtię ſumebant.

Panis ſanctificatus cur ità dictus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Catechumenos poſt Euangelium à miſſa eiectos, (...
ius aliquid ſimile apud Gentiles) & cum
eis orare, Chriſtianis in-
terdictum.*

## CAP. X.

SVpereſt de ijs, quæ catechumenis ve...
rant, diſputare. quæ libenter à nobis ...
plicabuntur, ne quid prætermiſſum ſit, ...
ad plenam huius argumenti tractationem ...
tinere videatur. Ac primùm quidem v...
teat, eos poſt Euangelium a Miſſæ ſacro ...
ctos fuiſſe, Conſtitut. Apoſtol. authoritas ...
ponenda eſt. Nam lib. 2. cap. 61. vbi in ...
cleſia rectus manendi ordo explicatus fuit, ...
precandi ratione ſic ſtatuitur: *poſt hæc, ...
ſimul aſſurgentes, & ad Orientem conuerſi, ...
techumenorum, & pœnitentium exitum, ...
cent Deo, idque ad Orientem.* Et lib 8. ca...
cùm Diaconorum munera explicarentur, ...
dem eiectionis mentio fit illis verbis: *p...
Diaconus dicat: ite catechumeni in pace.* ...
etiam S Dionyſius Areopagita lib. deco...
Hierarch. cap. 3. tert. part, Tertullianus ...
præſcript. aduerſ. Hæret. S. Athanaſius A...
log. 2. cont. Arian Cyrillus Alexandrinus ...
12. in Ioan. cap. 50. Iſidorus Hiſpalenſis lib. ...
Ethymolog. cap 16. & alij apertiſſimè tradi...
runt. Deinde verò fideles intelligant, opt...
quidem iure factum eſſe, vt catechumeni a...

Catechumeni poſt Euangeliũ à ſacro eijcieb ntur

Orantes ad Orientem ſpectabant.

Cur catechumeni à miſſa eijcerentur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

conditioribus myſterijs arcerentur ; cum legamus, etiam Gentiles ſuæ religionis arcanis, omnibus non initiatis interdixiſſe. Siquidem non modò Virgilius, Sybillæ verba referens ad eos, qui Apollini deuoti non erant, dixit Aeneid. 6.

Gentiles à ſuis ſacrificijs non initiatores arcebant.

*——proculò, procul eſte profani,*
*Conclamat vates ; ————*

verùm etiam belli inter Philippum, & Athenienſes orti ea cauſa fuit, quòd hi duos iuuenes Acarnanes, qui non initiati Cereris ſacris interfuerant, tanquam ob impium facinus interfecerunt. De qua re Liuius Dec. 4. lib. 1. *Acarnanes*, inquit, *duo iuuenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingreſſi ſunt ; facilè eos ſermo prodidit, abſurdè quædam percunctantes, deductique ad Antiſtitis templum, cùm palam eſſet, per errorem ingreſſos, tanquam ob infandum ſcelus interfecti ſunt.* Et Lucius Florus Epiſt. in Leui. *belli aduerſus Philippum Macedoniæ regem, quod intermiſſum erat, repetiti cauſæ feruntur hæ: tempore initiorum duo iuuenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas venerunt, & in ſacrarium Cereris cum alijs popularibus ſuis intrauerunt. ob hoc, tanquam nefas ſummum commiſiſſent ; ab Athenienſibus cæſi ſunt.* Et Prudentius in Apoth. cùm Idolorum cultores inducit, à ſacrificijs ſuis Chriſtianos ſummouentes, ità loquitur :

*Lotus procul eſſe, & vnctus.*

Verùm, vt quacunque ratione rerum ſacrarum, & baptiſmi dignitati conſuleretur, non

Orare cum catechumenis vetitum erat.

modò Catechumeni diuinæ liturgiæ inter
non poterant: ſed etiam vetitum erat, ne q
qui baptizatus eſſet, cum illis priuatas pre
ne dum publicas habere auderet. quemad
dùm in Concilio Arauſicano cap. 19. leg
his verbis: *Catechumeni nunquam admitt
ſunt etiam inter domeſticas orationes.* Ex quo o
nes intelligere poſſunt, quanta animad
ſione digni ſint illi, qui Gentilium, Hæ
corum, aut nefariorum hominum conſue
dine vtuntur.

---

*De acceſſu baptiZandi ad Pontificem, eiuſque in
rogatione, ac vitæ laudabiliter traducta
atteſtationibus.*

## CAP. XI.

SEd duarum partium, in quas catechiſm
diuidebatur, poſtquam altera, hoc eſt
ſtantia, explicata eſt, conabor eadem ratio
cæremonias etiam tradere, quæ erat eius p
maxime neceſſaria. In huius autem rei e
plicatione, eò maiori cura, & ſtudio elab
randum mihi videtur, quòd cæremoniar
cognitio non ſolùm fidelibus maximam v
luptatem parere poteſt, verùm etiam ad
prauatas hæreticorum opiniones profligand
magno vſui eſt. Cùm enim dæmon emiſſa
rios habeat & excurſores perditos homin
qui omnes Eccleſiæ cæremonias, tanqu
nouellum inuentum, delere, & extingu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nituntur; itâ fit, vt omnibus fidelibus ea, quæ ad cæremoniarum antiquitatem, & originem pertinent, cognita, & perſpecta eſſe debeant. Prima verò omnium fuit, hominem probatæ virtutis, & ſapientiæ quærere, cuius ductu, atquè auſpicijs ad Epiſcopum irent. De qua apud S. Dionyſium Areopagitam lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. ſcriptum eſt in hunc modum: *qui autem horum, quæ verè cœleſtia ſunt, particeps fieri cupit, cum ad aliquem eorum, qui initiati ſunt, adijt, ſuadet ille quidem, vt ſe ad ſacerdotem ducat. illum autem horror quidem repentè, reique difficultas deterret, ad extremum tamen id, quod petiuit, benignè ſe facturum eſſe promittit, acceptumque eum ducit ad ſacerdotem. hic verò lætus manum eius capiti admouet, ſignoque edito, ſacerdotibus imperat, vt viri, atque ſponſoris nomina perſcribant.* Ex quibus, & quæ ſequntur, uerbis ducendi munus ad Epiſcopum catechiſmi ſuſceptoribus incubuiſſe, omnis, qui rei ordinem, ac ſeriem attentè conſiderauerit, facilè intelliget. Hæc perpetua, & conſtans fuit catholicæ Eccleſiæ conſuetudo; quæ etiam facilè eorum teſtimoniorum authoritate confirmari poterit, quibus ad baptiſmum oblatos eſſe, mentio eſt. Vt cùm S. Iuſtinus Martyr quæſt. 56. ad orthod. dixit: *digni autem fiunt baptiſmi cõmodis fide eorũ, qui illos ad baptiſmum offerũt.* Et S. Auguſt. Epiſt. 23. ad Bonifac. Coepiſc. *Vt autem poßit regenerari per officium voluntatis alienæ, cùm offertur conſecrandus, facit hoc vnus ſpiritus, ex quo regeneratur oblatus.* Et infrà, vbi paruulos non mentis

Ductus ad Epiſcopum prima catechumenorum cæremonia.

Ducere ad Epiſcopũ, erat munus ſuſceptoris.

ſuæ aſſenſione credere, ſed parentum,
Chriſtianæ ſocietatis fide muniri, probaui
*regenerans ergo ſpiritus in maioribus offerentibus,*
*paruulo oblato, renatoque communis eſt: id*
*hanc ſocietatem vnius, eiuſdemque ſpiritus*
*offerentium voluntas paruulo oblato.* Atque h

Cauſa ducendi ad Epiſcopum.

quidem rei cauſam fuiſſe puto, quam Linc
nienſis in B. Dionyſ. adnotauit, vt nim
hominem in hac mortalitate, infirmitate
naturæ poſitum, nihil pium, ſanctumne
aut ſuis viribus, ſed diuinæ gratiæ, atque
ternis adminiculis adſcribere debere,
quaſi ſymbolo declararent. Verùm tem

Tempus, quo catechumeni ducerētur ad Epiſcopum.

ſicut certum, ac definitum fuiſſe, ſtata reli
cæremonijs dies, atquè ipſius ſacrament
nitas oſtendit; ita, quodnam fuerit, à nem
traditum eſt. argumentis tamen, & con
ęturis facilè elicio, priùs nullo certo temp
tum tribus menſibus ante baptiſmum, de
quadraginta diebus, demum decem, & o
ad Pontificem duci conſueuiſſe. quoniam
cæremonia fiebat, cùm quis primò Ca

Ducebantur baptizādi ad Eccleſiam.

chumenorum locum obtinebat. Quod
quem diximus modo accidiſſe, ſuprà ca
oſtenſum eſt. Nec verò quiſquam iure d
tàuit, domi nè, an in Eccleſia, qui bap
zandi erant, Epiſcopo ſiſti ſolerent: cùm
Eccleſiam ductos fuiſſe, omnibus certum,
perſuaſiſsimum eſſe debeat: tùm quia cære
niarū dignitati ſic cōgrueret: tùm etiam q
S. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſ. Hi
rarch. cap. de bapt. narrans Pontificis læ
tiam, qua incredibiliter perfunditur, cùm q

abiecto Idolorum cultu, & relictis nefarijs ritibus, Chriſtiana ſacra, noſtræque fidei primordia expoſcit, eum ſæpe in aram complexu & oſculis ruere, ac cum reliquo ſacri ordinis grege, pleniſſimo ſonitu elatis in certa ſpatia vocibus diuinas laudes modulari, longiſſima oratione teſtatur: *ipſe principio hymnum quendam, qui in diuinis ſcriptis continetur, cum omni Eccleſiaſtico ordine recitat, deinde ſacram menſam oſculatus ad virum, qui adeſt, venit*, &c. At nec fame diuini Verbi laborantes alibi, quam in Eccleſia ſatiantur; nec alternantes cantorum chori, aut numinis ara extra Eccleſiam ſunt. Ductos ad ſe Epiſcopus de cauſa aduentus percunctabatur, & de moribus, ac pietate accedentis atteſtationes à ductore requirebat. qaod expoſuit optimè Author conſtitut. Apoſtol. lib. 8. cap 38. de baptiſmo loquens: *ij qui adduxerunt, teſtificentur ſingula diligenter exponentes, exquirantur autem eorum mores, & vita.* Et S. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. dum omnes baptiſmi ritus, & præcipuè fidei Chriſtianæ tyrocinia diligenter exequitur: *ad virum, qui adeſt venit, eumque interrogat, cur venerit. ille poſteaquam pro ſuo in Deum amore ex ijs, quæ ab eo, qui illum accepit tradita ſunt, Dei priuationem, ignorationemque veri boni, atque actionis diuinæ vitæ vacuitatem accuſauit petijtque, vt eo quaſi ſequeſtre, Deo, & ijs, quæ ad Deum pertinent, potiatur: tum ei exponit rationem perfectam, qua ad Deum accedendum eſt, explanataque eidem diuina vita, & , vt ità dicam, conuerſatione, ex eo prætereà quæuit, num ita inſtituat viuere; cùm promiſit, ma-*

Epiſcopus de cauſa aduentus percunctabatur & atteſtationes de moribus à ſuſceptore requirebat.

Veſtigium ducendi ad Epiſcopum.

Verborũ, quis illum offert, origo.

Verba, meretur à parentibus, vnde accepta cæremoniæ catechiſmi.

*num eius capiti admouet*, &c. Quod ſi ex n[...] ſtris ritibus eius conſuetudinis exemplum, [...] imaginem requiramus: primùm quidem [...] ſpectat, quòd ad Eccleſiæ fores afferuntur, [...] etiam adducuntur, qui baptiſmi ſacramen[...] initiandi ſunt. præterea miniſter à ſuſcepto[...] bus quærit, *quis illum offerat?* in quibus duob[...] tota ducendi ratio poſita eſt. De moribus [...] tem percunctandi veſtigium nulla in re ma[...] expreſſum licet videre, quàm in miniſtri in[...] rogatione, *meretur à parentibus?* Hæc enim [...] teſtationem omnem vitæ laudabiliter tra[...] ctæ perſpicuè complexa eſt. Sequuntur [...] cæremoniæ, impoſitio nominis, renuncia[...] pallium, fidei profeſsio, narium, aurium[...] tactus, exorciſmus, manus impoſitio, vn[...] crucis ſignum, ſal, orationes, & benedictio[...] quibus ſigillatim agendum eſt.

---

*Vetus mos in baptiſmo dandi nominis oſtenſus; & quibus, quare, quibuſuè, & quomodò, ac [...] daretur, explicatum.*

## CAP. XII.

NOminis in baptiſmo dandi mos antiq[...] ſimus eſt. cuius meminit S. Clemẽs Po[n]tifex I Epiſt. 3. ad omnes Epiſcop. his verbi[s] *quis fidelis voluerit exiſtere, & deſiderat bapti[...] accedat ad ſacerdotem ſuum, & ipſi det nomen ſ[...] atque ab eo audiat myſteria regni cœlorum, [...] frequentibus operam impẽdat, ac ſemetipſum in [...] nibus probet, vt tribus menſibus iam conſummat[...] die feſto poßit baptizari.* Proptereà in vita S. A[...] lexan. Papæ Quirinus primùm ferus, ac b[...]

barus Dæmonum cult r, mox diuinæ religionis cuſtos, defenſorq; acerrimus, vbi filiæ ſuæ, quæ ex longo, difficilique morbo ad extremũ venerat vitæ diſcrimen, eius ope priſtinam valetudinem reſtitutam eſſe, animaduertit: vehementi dolore ex flagitiorum recordatione ſuſcepto, manantibuſque vbertim lachrymis, à S, Pontifice baptiſmum flagitaſſe dicitur, nec priùs orandi finem feciſſe, quàm datis nominibus, ſimul cum ſocijs Catechumenorum numerum augeret. Sic enim legimus: *Sanctus Alexander ait: pronter peccatores Dei filius Dominus meus Ieſus Chriſtus è cœlis deſcendit. Vos igitur, ſi credidiſtis, date nomina veſtra, vt poßitis fieri Chriſtiani, cùm autem omnes ſe credere affirmarent, præcepit Euentio, & Theodulo, vt manus eis imponerent, facerentque catechumenos,* &c. Multa etiam eius rei teſtimonia in SS. Patribus reperiũtur: quorum aliquot hoc loco proponam, vt, quod dico, clariùs ab omnibus perſpici queat. Ita ergo Patres Concilij Carthaginenſis quarti, cùm vitæ inſtituendæ rationem catechumenis præſcriberent, cap. 85. ſtatuerunt. *baptizandi nomen ſuum dent, ac diu ſub abſtinentia vini, & carnium, ac manus impoſitione crebra examinati, baptiſmum percipiant.* Et Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 3. myſtagog. eos, qui in Chriſtianam religionem nomen dederunt, magno pietatis ſtudio hortatur, vt virtutum Chriſtianarum officijs fungentes, in omni vita tales ſe præſtent, quales ipſa catechumeni profeſſio requirit: ne, cùm ad baptiſmi ſacramentum petendum acceſſerint, inſtar Euangelici conuiuæ, qui veſte nuptiali indutus non erat,

à baptiſmo repellantur : *abſit*, (inquit) *aliquis ex his, qui nomina dederunt, & in al… relati ſunt, audiat: amice quomodo huc intraſti n… habens veſtem nuptialem*, S. verò Ambroſius li… 2. de ſacram. cap. 2. cùm catechiſmi cæremo… nias explicaret, hanc etiam dandi nomi… conſuetudinem docuit dicens: *quando de… nomen tuum, tulit lutum, & linuit ſuper o… tuos*. Et S. Auguſtinus lib. de cur. pro. mort. g… ren. viri cuiuſdam baptimum referens, q… ſecundum quietem baptizari viſus fuerat, … manifeſtè nobis eundem morem ſignifica… vt dubitare nemini liceat, in Eccleſia recep… ſimum fuiſſe: *vade*, enim inquit, *verè bap… Zare: nam illud in viſione vidiſti: poſt illa conu… luit, perrexit Hipponem: paſcha iam appro… quabat: dedit nomen: nec ille mihi viſionem, … cuiquam noſtrorum indicare curauit; baptiZa…* &c. Et lib. de fid. & operib. vbi in baptiza… dorum vitam, & mores diligenter inquire… dum eſſe, ait, de dandi nominis conſuetudi… ſic ſcribit, *videamus, vnde agitur, id eſt, vtrum … percipiendum baptiſmum ſic admittendi ſunt ho… nes, vt nulla ibi vigilet diligentia, ne ſanctum c… bus detur, vſq; adeò vt nec apertiſſimi adulterij pe… tratores, & eius perſeuerantiæ profeſſores à ſacram… to tantæ ſanctitatis videantur arcendi; qui ſine d… non admitterentur, ſi per ipſos dies, quibus ea… gratiam percepturi ſuis nominibus datis, abſtinen… ieiunijs, exorciſmiſque purgantur, cum ſuis legi… mis, & veris vxoribus ſe concubituros profitere… tur*. Et rurſus ibidem duplicem dandi nomini… conſuetudinem agnoſcere videtur, alteram, … cum fideles inter catechumenos numerari …

ciplebant, alteram, cùm in competentium ordinem legebantur. propterea eius verba ſubieci: *quod autem fit per omne tempus, quod in Eccleſia ſalubriter conſtitutum eſt, vt ad nomen Chriſti accedentes, catechumenorum nomen accipiant: hoc fit multo diligentius, & inſtantius his diebus, quibus competentes vocantur: cum ad percipiendum baptiſmum ſua nomina iam dederunt.* Sed cum cæteræ authoritates, quæ hactenus allatæ ſunt, dandi nominis conſuetudinem egregiè demonſtrant: tum verò nihil magis perſuadere poteſt, quam Timothei Alexandrini locus ex reſpon. canon. interog, 6. Nam, cùm ibi quæratur, *ſi mulier cathecumena dedit nomen ſuum, vt illuminaretur, & die baptiſmatis illi accidit: quod ſolet mulieribus, debet nè eo die baptizari, an differre, & quantum differre*, ſatis apparet eum vſum tanquam certiſſimum poſuiſſe. Quem quidem non ſolum de ijs, qui adulta ætate erunt, ſed etiam de pueris infantibus intelligendum eſſe, communis Patrum ſententia, & authoritas confirmat.Ætereà credendum eſt, noluiſſe religionis adminiſtros a dandi nominis conſuetudine pueros excipi, quibus communem reliquarum cæremoniarum legem eſſe, ſtatuerunt. Deinde, cum probatum ſit, pueros in catechumenorum numero fuiſſe, dubitare non licet, eoſdem etiam nomen, quod catechiſmi initium erat, dare ſolitos eſſe. Poſtremò, ſi (vt Cyrillus Hieroſolymitanus monet in procatech. dicens: *nomina iam in Chriſti militiam dediſtis*,) nomen propterea dabatur, vt, qui baptizandi

Nomen dabant non ſolum adulti, ſed etiam infantes.

Nomen cur daretur in baptiſ.

erant, docerentur Chriſti militiæ adſcribi, & imposterùm in ſpirituali certamine viril pugnare, ac nequiſſimis hoſtibus reſiſter vel ſi, [a] candidatorum more, nomen exhib bant, vt baptizandorum numerus, & con tio intelligi poſſet; nemo inficiabitur, puer quoquè nomen dare oportuiſſe; non quia ſp cimen aliquod virtutis præbere, aut ſtatim pugnam inſtrui, neceſſe haberent: ſed vt cù parentum fides, & religio diligenter inqu poſſet, tùm etiam ipſi, cùm ad ætatem ra nis capacem perueniſſent, ſæpius animo co tarent, quali ſe militiæ obligauerint, cùm baptiſmo nomen dederunt, ſimulque ex ea cordatione fructum aliquem milite Chriſt no dignum referre ſtuderent. Sed de hoc m re, quem infantibus, & adultis commune fuiſſe oſtendimus, obſeruandum eſt, ſemp nomen Epiſcopo dari ſolitum eſſe. quod d monſtrat non ſolùm *ſacerdotis* nomen à Cl mente Papa vſurpatum Epiſt. 3. de offic. ſa cerd. & cleric. *accedat autem, qui vult, ad ſace dotem ſuum, & ipſi det nomen ſuum:* quod ol ſoli Epiſcopo dari mos erat: aut S. Dionyſ Areopagitæ verba lib. de Eccleſ. Hierarch. ca de bapt. vbi de Pontifice loquitur: *manum ei capiti admouet: ſignoquè edito ſacerdotibus impera vt viri, atque ſponſoris nomina perſcribant:* ſe etiam S. Gregorij Nyſſeni authoritas orat. ad uer. eos, qui differunt bapt. cùm negligentiæ ac tarditatis eos arguens, inquit: *Venite ergo qui malis affecti eſtis, ad veſtram curationem, ne que rem negligatis. date mihi nomina, vt ea in*

[a] Tit. Liu. lib. 39.

Nomé cur da etur in baptiſmo Puer cur nomen da rent.

Nomen dabatur Epiſcopo.

Sacerdotis nomé olim proprium erat Epiſcoporum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*primam libris ſenſilibus , & ſcribam atramento: Deus autem ea ſignet in tabulis , in quas non cadit interitus.* Quin etiam veterum teſtimonijs ratio accedit. nam ipſi Epiſcopi olim fidei Chriſtianæ myſterijs imbutos , ſacro baptiſmate perluebant. par igitur eſt opinari , etiam nominis cæremoniam ab ijs peractam fuiſſe: eoque magis , quòd hac ratione ſimilitudo cum candidatis meliùs exprimitur , quos in magiſtratuum petitione conſulibus, hoc eſt, primoribus in Repub. viris nomen dediſſe , Liuius lib. 39. indicauit. Quòd ſi etiam aliquando locum fuiſſe dicendum eſt , cùm baptizandi nomen Diaconis , vel presbyteris darent; id quidem neceſsitatis cauſa factum fuiſſe , exploratum nobis eſſe debet vt Epiſcopo vel abſente, vel alijs curis impedito, aditus omnibus ad ſalutem pateret. Deinde verò rem penitus introſpicientes, facilè intelligemus, ſemper nomen Epiſcopo datum eſſe, cùm Diaconis , vel presbyteris dabatur. quoties enim hi nomen à baptizando accipiebant, Epiſcopo mittere, vel oſtendere ſolebant: quoniam inſcriptis datum erat. Quamquam dubium fortaſsè videri poteſt, an huiuſmodi nomen baptizandi ſemper in ſcriptis dederint , ſi [a] Pamelij falſas, & inanes coniecturas ſequi volumus. à quo tamen ego longè diſcrepo , non tam propter graues , multipliceſque rationes , quæ ex rei opportunitate plerumque duci poſſunt, velut ſcriptis hominum vota meliùs explicari , quàm ore , petitionem ſcriptis exaratam etiam ad abſentes poſſe deferri, & ſcripta

Baptiſmi miniſtri olim erant Epiſcopi.

Candidati nomen dabant conſulibus.

Nomē diaconis, aut presbyteris datū , quomodo intelligi oporteat.

[a] In Tertul. de bapt.

Nomen baptizandi dabant in ſcriptis.

rei petitæ memoriam conſeruare: quam q
doctiſſimi ſcriptores ita teſtatum relique
& præcipuè Concilij Sueſſionenſis Pa
qui ad diſcutiendas errorum nubes, & co
gendam morum diſciplinam, vnum in lo
congregati, ex Hincmari ſententia dic
*legum Eccleſiaſticarum conſuetudo, & auc*
*talis eſt, vt in cauſis geſtorum ſemper ſcriptura*
*quirant, adeò, vt qui ad ſacrum fontem acc*
*ſuum dare nomen præcipiatur:* & Lincolnien
S. Dionyſ. Areop. lib. de Eccleſ. hierarch.
de bapt. vbi nominis ſcriptionem *mem*
appellat his verbis: *deſcriptio accedentis,*
*dochi, & ſcripti in ſacris memorabilibus exp*
*ſignificat nominum ſaluandorum deſcriptionem*
*delebilem in libro vitæ, & in cœlis.* Ex quo
nes intelligere poſſunt, in nominis tradi
etiam petentis cauſam, nationem, & ſe
expoſitum eſſe, quod *memorialis*, nomen
care videtur: vt omittam noſtræ Eccleſiæ
ſuetudinem. in qua Parochi, an ſuæ Paro
tum maſculus nè ſit, an fęmina petere ſo
Quamobrem ſapientiſſimè in Eccleſia re
tum erat, vt ab ipſiſmet baptizandis no
traderetur. cuius pręclarum teſtimonium
tat in vita S. Sebaſt. ex antiquis Ms. cod
bus deprompta: cùm S. Polycarpus ad c
dentium multitudinem ait, *accedat vnuſq*
*que, & det nomen ſuum, hodierna die vſque*
*veſperum præcurrente ieiunio, vt feſtinum*
*tiſmatis ſacramentum, oportunum tempus*
*niat. Hæc, & his ſimilia prætexente ſancto P*
*carpo, omnes gauiſi ſunt, & vnuſquiſque nom*
*ſuu*

In nomine dando petentis cauſa, natio. & ſexus exponebatur & eius veſtigium. Conſuetudo petẽdi, cuius Parochiæ tum maſculus nè ſit, an fœmina, vnde deriuarit.

Nomen dabant ipſi baptizandi.

*ſuum etiam priùs, quàm interrogatus eſſet, feſtinabat offerre.* Eodem verò loco, quo nunc, olim nomen datum fuiſſe, probabili coniectura colligi poteſt. Nam, cùm nec domi in priuatis ædibus dari potuerit: quoniam id ſacrorum rituum dignitati maximè repugnabat: & quia præſentibus plebe, & clericis dabatur, quos non niſi in Eccleſiam ſacrorum cauſa conueniſſe, putare debemus: cumque rurſus in Eccleſia datum nō eſſe, exiſtimem, quòd ab eius ingreſſu prohibebantur, donec ſacro exorciſmo turpiſſimæ ſeruitutis iugum a ſe repuliſſent: ſequitur vt in Eccleſiæ foribus datum fuerit. quod nunc in omnibus eccleſiis ſeruatur: præterquàm in [a] Moſcouia, vbi nomen domi imponere, patria conſuetudine receptum eſt.

Nomen dabatur præſentib plebe & clericis. Ante exorciſmum baptizandi eccleſiam non ingrediebantur. Nomen dabatur in eccleſiæ foribus.

[a] Sigiſmun. lib. de reb. Moſcouit.

Moſcouitæ nomen filiis domi imponunt.

---

*Baptizandos adultos nomen vetus retinuiſſe, vel mutaſſe, prout libebat: & quare vetus mutarent ibidem Apoſtolorum nomina baptizandis impoſita, quibuſque cauſis.*

## CAP. XIII.

SIn autem quæras, quod nomen darent, illudnè, quod à gentilibus acceperant, an aliud? quod eſt quærere, an nouum nomen in baptiſmo ſuſciperent? reſpondeo, infantes nouum accepiſſe: quia anteà nullo vocabantur, verùm adultis vetus nomen retinere, vel mutare fas erat: ſicut multa veterum exempla

Adulti nomen vetus in baptiſmo vel retinebant, vel

S

demonſtrant. Siquidem Centurioni, Em[illegible]
Lucillo, Cõſtantino, Martino, Ambroſio, [illegible]
guſtino, Victorino, Nectario, ſexcẽtiſque [illegible]
nomen vetus remanſit. contrà Paulus ex [illegible]
lo dictus eſt, nouumque [a] Procopij no[illegible]
Neaniæ, [b] Sozontis Taraſio, [c] Euſtachij [illegible]
dæ, [d] Theopiſtis Traianæ, [e] Theopiſti Ag[illegible]
[f] Quiriaci Iudæ Hebræo, [g] Eudociæ Athe[illegible]
di, [h] Ioannis Hebræo medico, Chryſoſto[illegible]
Caſsiano, Climacho, & Petri tùm [i] Bal[illegible]
tùm Baſilij fratri vni, tùm Epiſcopo Al[illegible]
drino datum eſt. Quæ conſuetudo vt fre[illegible]
tior, ita circuncisioni Hebræorum ſim[illegible]
fuit, nam Gen. 17. quo die Abraham circ[illegible]
ſionis preceptum à Deo accepit, nouo n[illegible]
ne vnà cum vxore vocatus eſt: *non vltr[illegible]*
quit Deus) *vocabitur nomen tuum Abram, ſ[illegible]*
*pellaberis Abraham, quia patrem multarum [illegible]*
*tium conſtitui te.* & infrà, *dixit quoque Deus a[illegible]*
*braham, Sarai vxorem tuam non vocabis Sar[illegible]*
*Saram.* In vtroque autem cùm baptiſmo, [illegible]
circuncisione mutandi nomen optima [illegible]
apparet, vt ſignum eſſet, eos ex dæmo[illegible]
mancipiis ſummi Dei ſeruituti, atque [illegible]
rio addici, cum nominis mutatio apud ve[illegible]
ſeruitutem, & manumiſſionem indicaret [illegible]
re Daniel. 1. præpoſitus Babyloniæ regi[illegible]
ductis in ſeruitutem Danieli, Azariæ, & M[illegible]
li noua nomina impoſuit: *fuerunt ergo [illegible]*
*de filiis Iuda* Daniel, *Ananias, Miſael, & A[illegible]*
*rias. & impoſuit eis præpoſitus Eunuchorum [illegible]*
*na, Danieli, Baltaſar: Ananiæ, Sidrach: M[illegible]*
*li, Miſach: & Azariæ, Abdenago.* & Gene[illegible]

mutabant, vt lubebat.

*a* Sim. Metaph. de vit. S. Procop.
*b* Idem de martyr. Sozont.
*c d & e* Idẽ de vit. SS. Euſtath. & Theop. & duor. filior. Agap. & Theoph.
*f* Gregor Turon lib. 1. hiſt. Frãc. cap. 26.
*g* Socrat. hiſt. Eccleſ. lib. 7. c. 21.
*h* Amph. de vit. S. Baſil.
*i* Vit. S. Per. Aulani Ms apud Sur. 3. Ianuar.

In circuncisione nouũ nomẽ imponebatur.

Nomẽ cur in baptiſm. & circunc mutaretur.

cùm vellet Deus primum parentem humani generis docere, ipſum omnium animantium dominum, ac principem eſſe, ad eum illa adduxit, quibus nomina imponeret: *formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret, quod vocaret ea.* Cicero etiam in Corneliana prima dixit, Cornelios tam multos eſſe, vt iam collegium eſſet inſtitutum: quia nimirum L. Sulla recuperata Repub. omnes eorum, qui in bello deſiderati fuerant, ſeruos, atque in primis fortiſſimum quemque libertate donauit: qui omnes ab eo Cornelij authore Appiano, vocati ſunt.

Nominis mutatio ſeruitutem, & manumiſſionem indicabat.

Cornelij multi cur à Cicerone dicti ſint.

Et Tertullianus lib. de reſurrect. carn. cùm eius rei doctrinam, & myſteria explicaret, *oro te*, inquit, *ſi famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro, & anima permanebunt, quæ flagellis, & compedibus, & ſtigmatibus obnoxiæ retro fuerant: idcirco ne illa eadem pati oportebit? non opinor: atqui & veſtis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine & tribu, menſaque honoratur.* Atque id S. Ioannes Chryſoſtomus præclarè confirmat homil. de feren. reprehenſ. & Paul. conuer. vbi rationem afferens, cur Sauli nomen in Paulum mutatum fuerit, habet: *Saulus adhuc ſpirans cædem in diſcipulos Domini: atquin Epiſtolis Paulus vocatur. quare ergo hic nomen mutauit ſpiritus ſanctus? quemadmodum Dominus, qui ſeruum mercatus eſt, oſtendere volens ſe dominum ſerui, nomen illius immutat: ita & ſpiritus ſanctus fecit, vbi Paulum captiuum accepit, vocabulum eius mutauit, vt etiam inde diſceret Paulus*

Manumiſſionis inſignia.

Sauli nomẽ cur in Paulum mutatum fuerit.

Seruis nomina mutabantur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nominis mutatio in baptiſmo ſignificabat dignitatẽ. Diis olim nomina mutabantur. Pontificib. nomina mutantur.

*ſe habere dominum: nominum enim impoſitio do-*
*ſignum eſt, & præcipuum.* Non abſurde er-
dixerit quiſpiam, nominis mutationem in
ptiſmo, excellentiſſimæ cuiuſdam digni-
ſymbolum fuiſſe: cùm & olim Diis no-
mutarentur, teſte Ioanne Stucchio in a-
conuiual. & nunc idem in Pontificibus c-
tingere videamus: vt nimirum ij, quibus
mo initiati erant, ſtatum, & conditionem
agnoſcentes, ſe ad peccatorum dedecor-
deiicerent: aut ea re ſignificari ſolitum,
cùm abluimur, Dei cultui, ac religioni a-
ci: quemadmodum olim Veſtalibus no-
mutabantur: vt Aulus Gellius innuit. l. N-
Attic. cap. 12. aut certè nouum nomen im-
ni ſolitum fuiſſe, vt quemadmodum vide-
in iis, qui Chriſtianæ charitatis pulchr-
ne, ac ſpecie capti, contempta rerum hu-
narum inconſtantia, & varietate ſeſe ad a-
ius religionis normam, & vitæ rationes a-
cant) catechumeni ex nominis mutatione
tæ commutandæ argumentum deſume-
Quæ coniectura non ſolum Simeonis Me-
phraſtis authoritate confirmatur, in vit-
Euſtathij, & Theopiſtes, & duorum fratr-
Agapij, & Theopiſti dicentis: *Placidam-*
*ducem exercitus, mutato nomine, vocat Euſtat-*
*vxorem autem Traianam, Theopiſten, non ſuſt-*
*in vitæ mutatione non etiam nomina tranſmuta-*
verum etiam ex eo probabilior efficitur q-
non cuiuſuis generis nomen, ſed Apoſtolo-
tantummodò propter ſuam in eos propen-

Nominis mutandi in baptiſmo alia cauſa. Veſtalibus nomina mutabãtur. Monachi nomen cur mutent. Nominis mutandi in baptiſmo alia cauſa.

nemimponebant: vt ex nominis ſimilitudine, ad virtutis, & ſanctitatis imitationem excitarentur. Hinc eſt, quòd Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 20. nomina Petri, Ioannis, & Pauli ſuis temporibus creberrima fuiſſe, teſtatur: cùm ait: *Ioannis Apoſtoli multos fuiſſe gentiles arbitror, qui propter ſingularem amorem, quæ erga illum affecti erant propter admirationem, quam de eo habebant, & propter æmulationem, qua ad illum imitandũ flagrabant, & quod à domino pari ratione diligi cupiebant, etiam iſtam appellationem amplexati ſunt: quemadmodum nomina Pauli & Petri fidelium liberi crebro fuerunt.* Et Nicephorus Calliſtus lib. 6. hiſt. cap. 22, de cujuſdam Ioannis Aſiatici ſcriptura dubitatum eſſe, ait, num Ioannis Apoſtoli eſſet, propterea quod multi eodem nomine gauderent, *deinceps indicat Ioannis quidẽ eſſe ſcripturam eam illi cognominis, ſed non dilecti: & per coniecturam eſſe arbitratur Aſiatici Ioannis, qui cognominatus eſt presbyter, de quo prius diximus, videlicet quod duo monumenta idem Ioannis nomen habentia Epheſi monſtrentur: multi enim propter ſuam in Apoſtolos propenſionem, & affectionem nomina eorum liberis ſuis imponebant.* Fuit etiam Meletij nomen Antiochiæ frequentiſſimum, propter S. Meletij eius vrbis Patriarchæ virtutes egregias, & præclara facinora: de qua re in encomio eius à VII. Synodo Act. 4. citato, & à Simone Metaphraſte diligenter exarato, ſic legimus: *quod vobis quoque in hoc beato vſu venit. Nam cùm eum à principio in ciuitatem ingreſſum excepiſſetis, vnuſquiſque filiolum ſuum appellabat ab*

Apoſtolorum nomina imponebantur in baptiſmo, & quare.

Nomina Petri, Ioãnis & Pauli olim creberrima.

Meletij nomen Antiochiæ frequentiſſimum.

*illius appellationi: per appellationem exiſtima[...] nuſquiſque in domum ſuam ſanctum illum intro[...] cere, patreſque, auos, & proauos, matres præter[...] beati Meletij nomen imponebant liberis, quos pe[...] rerant.* Quocirca Patres in Nicæna Synodo [...] gregati [a] can. 30. Gentilium nomina filiis [...] poni vetuerunt. quod vt à multis Conciliis [...] nouatum eſt. & à ſancto Ioanne Chryſo[...] mo ſignificatum, cum homil. 22. in cap. 9. [...] ſtol. 1. ad Corinth. diceret: *ſiquidem cum n[...] filio imponendum ſit, omiſſa ſanctorum appella[...] quemadmodum maiores faciebant, auorum [...] & his nominibus impoſitis, quæ plurimum du[...] rit, eius nomine filium appellant: hinc enim di[...] nius victurum coniectant*: ita Mediolanenſis [...] cleſia diligentiſſimè ſeruauit, & ſeruat, v[...] dere eſt apud Beroldum de ſabb. ſanc. qu[...] pueros, ab Archiepiſcopo eo die baptiza[...] litos, Petri, Ioannis, & Pauli nomine ap[...] lat: & quotidiana experientia docet, qu[...] in ea Caroli nomen, ob memoriam ſui Pr[...] lis, nuper in cœleſtium numerum relati p[...] que filij ferunt. de quo etiam extat decre[...] in part. 4. Act. tit. de iis, quæ parochus, [...] quam infans in Eccleſiam ad baptiſmum [...] feratur, curet, ac præmoneat, ſed nos ve[...] ſubiicere omittimus, ne nimis ſerò ad tem[...] dandi nominis veniamus.

a Iuxta Frā cor. Turria verſionem.

Nomina Gentilium Chriſtianis imponi, vetitum

Tribus pueris in Paſchate baptizari ſolitis olim Mediolani, Petri, Ioannis & Pauli nomen imponebatur.

Caroli nomen Mediolani frequentiſſimum.

*Tempus dandi nominis in baptiſmo varium fuiſſe, ſingulorumque temporum, vel locorum diuerſitas allata; ac breuiter de Hæbreorum, & Gentilium more, ſeptimo, octauo, nono, vel decimo die pueris nomen imponendi.*

## CAP. XIIII.

QVod ita varium, & multiplex fuit, vt nihil certi de eo ſtatui, vel affirmari poſſit. Nam in Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis, cum baptiſmi ceremoniæ ſimul omnes eodē die fiebant, ſicut ex Apoſtolorum Actis, & S. Dionyſio colligitur, nomen non niſi in ipſa ablutione dari ſolebat, poſteà, vbi ſuam maturitatem Eccleſia aſſecuta eſt, certum tempus nomini dando præfiniri cæpit. de quo ita eſt apud ſanctum Auguſtinum lib. 9. confeſſ. *vbi tempus aduenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure Mediolanum remeauimus.* Quodnam verò illud fuerit, iure dubitare poſſemus, niſi Clementis Papæ I. authoritas ſuppeteret Epiſtol. 3. de offic. ſacerd. & cleric. vbi tribus mēſibus ante baptiſmum nomen dari, his verbis præcepit: *ſi quis fidelis voluerit exiſtere, & deſiderat baptizari, accedat ad ſacerdotem ſuum, & ipſi det nomen ſuum, atque ab eo audiat myſteria regni cælorū, ieiuniis frequentib. operā impendat, ac ſemetipſū in omnib. probet, vt tribus menſib. iā conſūmatis in die feſto poſſit baptizari.* Poſt eius tamē tēpora,

Nomen Apoſtolorū tempore dabatur paulò ante baptiſmū.

Nomē dabatur trib. menſibus ante baptiſmum.

ſolummodò quadragin a diebus ante bap
mum, dari nomina conſueuiſſe, ex Sirici
pa Epiſt. 1. decret. ad Himmer. Taracon.
2. didicimus, cùm ait: *ſequitur de diuerſis bapti*
*zandorum temporibus, prout vnicuique libitum*
*rit, improbabilis, & emendanda confuſio, quae*
*ſtris conſacerdotibus non ratione authoritatis*
*ius ſed ſola temeritate præſumitur, vt paſſim,*
*berè Natalitiis Chriſti, ſeu apparitionis, nec*
*Apoſtolorum, ſeu martyrum feſtiuitatibus*
*ræ plebes baptiſmi myſterium conſequantur:*
*ſibi priuilegium & apud nos, & apud omnes*
*ſias Dominicum ſpecialiter cum Pentecoſte ſua*
*defendat: quibus ſolis per annum diebus ad*
*confluentibus generalia baptiſmatis tradi conue*
*cramenta, his duntaxat electis, qui ante quadra*
*ta, vel eò ampliùs dies nomen dederint.* Ad
rei confirmationem fortè pertinet, quod
Concilio Laodiceno cap. 45. ſtatuitur: *no*
*portet poſt duas hebdomadas quadrageſimæ*
*quam ad baptiſmum ſuſcipi.* cùm enim bapti
non quadraginta dialium initio, ſed in Paſcha
tis celebritate conferri ſoleret, nihil aliud
tuit eſſe, *ad baptiſmum ſuſcipi*, quàm nomine
tendi paptiſmatis cauſa in ſcriptis exhibito,
catechumenorum ordinē adiungi, ante qu
tam verò Quadrageſimæ hebdomadam vſq
ad Paſchatis ſolennia, quadraginta dies,
illis paulò pauciores numerari, omnes inte
gunt. Rurſus hoc tempus ad quartam feria
hebdomadæ quartæ Quadrageſimæ contra
ctum eſt, vt demonſtrant Ordo Romanus
fer. 4. hebdom 4. tit. de denunciat. ſcrutad

Nominis dandi tempus ad 40. dies deductum.

Epiſcopi conſacerdotum nomine à Pōtifice appellati.

Baptiſmi tempus in Paſchate, & Pent.

Nomen feria. 4. heb. 4. Quadrageſim dari quando cœperit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lect. *ut autem ad eccleſiam venerint, ſicut diximus, ſcribantur nomina infantum, vel eorum, qui ipſos ſuſcepturi ſunt, & Diaconus clamet, dicens: Catechumeni procedant, & vocentur ipſi infantes ab Acolytho in Eccleſiam per nomina, vel ordinem, ſicut ſcripti ſunt:* & paulò poſt, cùm eiuſdem nominis ſacris tabulis committendi rationem in compendium redigeret; *vocentur infantes ab Acolytho per nomina, vel ordinem, ut ſcripti ſunt, & ſtatuantur, ut priùs.* Et Rupertus Abbas lib. 4. de Diuin. Offic. cap. 18. de quart. fer. hebd. quart. quadrag. vbi ait: *cuncta penè Eccleſiæ proles, quam per annum verbo prædicationis nouã gignere poterat, instante ſolennitate Paſchali hac die nomina ſua dabat, & per ſequentes dies vſque ad ipſam Paſchæ ſolemnitatem audiens quiſque regulam fidei, vnde & Catechumenus dicitur (catechumenus nãque auditor interpretatur) lactatus & grandeſcens, tandem plena fide in ſolennitate ſancti baptiſterij ſymbolum reddens, Chriſto commoriebatur, & conſurgebat.* Quod etiam illis teſtimoniis facilè confirmare poſſumus, quibus antea probatum eſt, eodem die in catechumenorum ordinem redactos eſſe. Verùm id quoque lectores admonere oportet, nominis traditionem, quamuis nunc poſt multas cæremonias fieri ſoleat, tamen olim renunciatione, & pleriſque aliis priorem extitiſſe, quemadmodum à [a] S. Dionyſio, & compluribus aliis grauiſsimis patribus traditum eſt, in primiſque ab Albino Flacco, qui lib. de Diuin. offic. cap. 16. ſic ait: *vocato nomine eius, dicitur: abrenuncias Satanæ?* Animaduertendum etiam eſt, veterem conſuetudinem

Catechumenus vnde dicatur.

Nomen dabatur ante abrenunciationem.

[a] Li. de Eccle Hierar. cap. de bapt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nominis imponendi 40. diebus ante baptiſmum conſuetudo. durat apud Moſcouitas.

nominis quadraginta diebus ante baptiſm
imponendi apud Moſcouitas vigere: de
Sigiſmundus Liber de reb. Moſcou. cap.
bapt. dixit: *nato infante, mox accerſitus ſa*
*ante ianuam habitationis, in qua eſt puerpera,*
*tas ſtando recitat orationes, pueris nomen impo*
*Deinde quadrageſimo communiter die, niſi ſorte*
*ægrotet, defertur in templum, & baptizatur.*
multò magis Chriſtianę pietati cõuenit,
reliqui fideles, ex quo adultorum bapti
ceſſauit, veteri more abolito, filijs ſuis
octauum diem, quo in lucem editi ſunt,

Nomen nunc imponitur in baptiſmo ante octauum diem, & quare.

ptiſmi tempore nomina imponũt. Nam
omnium hominum vitæ, maximè pueror
varia pericula, & inſidiæ metuendæ ſint,
pientiſsimè fit, vt citò eis illud ſacrament
miniſtretur, quod ad æternam ſalutem co
quendam neceſſarium eſt. Adiuncta verò
eſt illa opportunitas, quòd antiquorum
ſeruationibus affine videtur. Etenim Heb

Nomen Hebræi imponebant. octauo die

octauo die, cùm primi parẽtis crimen in
ſteros homines lethali contagione trãſfu
carnis circuncisione abolebant, ſuum no
accipere tenebantur, vt, præter [b] S. Ioan
Baptiſtæ, & aliorum exempla, ex ipſo hu

b Luc 1.

næ ſalutis duce colligitur: de quo Luc. 2.
mus: *poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt*
*cuncideretur puer, vocatũ eſt nomen eius Ieſus.* R
mani etiam eundem diem obſeruarunt: vo
bantque *luſtricum*, quo infantibus luſtrat
eſt expiatis nomina imponebant, mar
quidem nono die, vnde Nundina Dea,
minis octauo, quia in maris conceptione

Luſtricus dies quin amesset.

Nundina Dea vnde dicta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nomen Romani imponebãt maribus quidẽ nono die, fœminis octauo.

eſſet temporis, ſicut meminerunt Iuuenalis ſat. 9. Feſtus Pomp. verbo *luſtrici*, Macrobius 1. Saturn. cap. 1. Plutarchus in quæſtion. Centur. Roman. & inter recentiores Polydorus, Virgilius lib. 4. cap. 4. Alexander Sardus lib. 1. cap. 8. & Baronius tom. 1. Annal. ad ann. Chryſ. 83. Soli Græci à reliquis gentibus non nihil deflexerunt, de quibus etiam inter ſcriptores non conuenit: quorum alij, vt Ariſtoteles, ſeptimo, alij decimo die cùm maribus, tùm fœminis nullo diſcrimine nomen impoſuiſſe, arbitrantur. Quare Heſychius apud Turneb. lib. 8. aduerſ. cap. 19. Τῇ δεκά, inquit, τῇ ἡμέρᾳ τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσιν ἐτίθεσαν: ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τῇ ἑβδόμῃ φησίν: quæ ſic latinè reddimus: *hac decima die nomina infantibus imponebant: Ariſtoteles autem ſeptima*, inquit, & Suid. verbo δεκάτην: *mos Athenienſium, ciuium fuit decima ab ortu infantis nocte conuocari paternos, maternoſque cognatos, iiſque præſentibus & nomina pueris indi, & immolari Diis, & conuiuio cœtum illum excipi: Ariſtoteles autem ſeptimo die factitatum ſcribit.* rurſus verbo ἀμφιδρομία: *quintus ab ortu infantis dies, quo manus purgant, quæ partum adiuuerunt, & infantes curſim circum ædes ferunt: dona itaque cognati mittunt, polypodes plerunque, & ſepas: decimo verò die nomen imponunt puero.* Igitur diſſidentes ſcriptorum opiniones ita cõciliari poſſe exiſtimo, vt vel alterutrũ diẽ eligere, vnicuiq; liberũ fuerit vel Athenienſes quidem decimo die, reliqui Græci ſept. nomẽ impoſuerint, quod vt citatis teſtimonijs nihil aduerſari videtur, ita à Cælio.

Græci nomen filijs imponebãt ſeptimo, vel decimo die.

Puerperij cæremoniæ apud Athenienſes.

Munera in natalibus puerorum.

Rhodigino lib. 22. antiq. lect. cap. 12. Alex-
dro Sardo lib. 1. de morib. cap. 8. & Adria-
Turnebo lib. 8. Aduerſar. cap. 19. indicatu-
eſt.

---

*Nomen, quod ante baptiſmum dabatur, in ſacras ta-
bulas referri ſolitum, & quibus rationibus: i-
de tabula recitatum eſſe multis de cauſis, &
eius recitationem, baptizandos ad Hierarch-
manu ductos eſſe.*

## CAP. XV.

IAm verò nomen in baptiſmo datum, ſ-
crarum literarum monumentis comm-
ſolitum eſſe, omnibus videbitur, ſi memin-
rint, ab Apoſtolicis vſque temporibus diu-
tus inſtitutum, œcumenicis Conciliis co-
munitum, multorum Patrum, Dionyſij Areo-
pagitæ de bapt. Cyrilli Hieroſolymitani c-
teh. 1. myſtag. Gregorij Nyſſeni orat. adue-
eos, qui differ. bapt. Auguſtini lib. 1. de ſym-
Nomina baptizatorum in tabulariũ referenda. & aliorum teſtimoniis corroboratum, ad h-
diem diuturna eccleſiæ conſuetudine deriua-
ſe, propterea, ne qua omnino negligẽtia lo-
reperet, in part. 4. Act. eccleſ. Mediol. in In-
ſtit. Cancell. iubentur Curiones baptizato-
rum libros quotannis in tabularium refer-
quod renouatum eſt part. 6. in tabel. errat.
mulct. cleric. tit. de Parochis, animarumq-
Cur baptizandorum curatoribus. Id tamen quibus rationibus v-
teres Patres inſtituerint, ex Gentilium ſimi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tudine colligi poteſt, vt nimirum ſicut illi magiſtratibus functos in publicos faſtos referebant, ita baptizatos in altiſsimo dignitatis gradu, qualis eſt inter Dei filios aggregatio, collocatos eſſe, demonſtrarent, aut quemadmodum manumiſsi nomen ſcribæ diligenter in acta accipiebant, teſte Boetio in Top. Feſto lib. 11. Valerio Probo de not. Barnaba Briſſonio lib. 1. antiq. cap. 5. & Sigonio lib. 1. de iudit. cap. 13. ſic quaſi ſymbolum eſſet, eos à dæmonis ſeruitute vindicatos, aut demum ſicut [a] ciues Romani honoris cauſa à Cenſoribus in ordines recenſebantur, & [b] victorum nomina litteris tradi ſolebant, ſic hos Angelorum conciues, & ſpiritualium hoſtium victores eſſe factos, oſtenderent. Sed vera, & Chriſtiana ratio eſt, quam Origenes homil. 3. in Hierem. innuit, nimirum vt qui baptizãdi erant, ſe athletarum more, ad pugnam, & certamen vocari, cognoſcerent, eius enim verba hæc ſunt *quomodo athleta, qui non eſt in agone conſcriptus, neque flagella metuit, neque coronam expectat, qui autem ſemel nomen profeſſus eſt, ſi victus fuerit, verberatur, atque proijcitur, eodem modo catechumenus, qui acceſſit ad ſermonem Dei, nihil aliud, quàm conſcriptus eſt in certamine pietatis & conſcriptus, ſi non legitimè certauerit, cæditur flagellis*, &c. Eſt illa prætereà cauſa, cur baptizandorum nomen in tabulas referretur, vt eorum numerus, qui ad Chriſti fidem tranſierant, intelligi poſſet, de quo non eſt quod ambigatur, quando ſanctus Auguſtinus lib. 2. de ſymb. ſcribit, *nomina profitentium in libro exci-*

nomina in tabulas referantur.

Magiſtratibus functi in publicos faſtos referebantur.

Manumiſſi nomen ſcribæ in acta excipiebãt.

a Ioſeph Heb. lib 14. antiq. ca. 21. Ciues in ordines recenſebãtur.

b Phil. Iud. de nobilit. victorũ nomina literis tradebãtur.

Nomina baptizandorum ſcribendi vera ratio.

Athletarum nomina ſcribebantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cipiuntur vita, non à quolibet homine, ſed à ſu-*
*riore cælitus poteſtate.* quem locum explicãs Tho-
mas Vualdenſis 3. part. tit. 5. cap. 47. ...
inquit, *nomina iam traduntur, & antiquitus ...*
*bebantur pro certitudine conuerſorum.* Linc-
nienſis tamen in S. Dionyſ. Areop. lib. de Ec-
cleſ. Hierarc. cap. de bapt. aliam rationem
afferre videtur his verbis: *deſcriptio accedentis*
*& anadochi, & ſcripti in ſacris memorialibus ...*
*poſitio ſignificat nominum ſaluandorum deſcriptio-*
*nem indelebilem in libro vitæ, & in cælis, ...*
*deſcriptionis, & indelebilitatis licet author, ...*
*factor ſit Deus, adſcribi tamen poteſt hæc deſcriptio*
*& repoſitio Angelis per ſacerdotes ſignificato, ...*
*ſingulorum merita in finem perſeuerentium Deo ...*
*nunciat.* Vbi videmus non ſolum nominis ſcri-
bendi munus ad ſacerdotes pertinuiſſe, ...
etiam ea re, diuini conſilij, & deſtinationis
altitudinem, qua ex infinita hominum mul-
titudine aliquot ſelecti ſunt ad æternæ vi-
fœlicitatem, ſignificatam eſſe. Quibus ſi ...
adiiciat, nominis ſcribendi conſuetudinem
ideò inuectam, ne quis error irreperet, ...
legitimo connubij fœdere copulandis, ...
qui ad ſacerdotij dignitatem gradum fa-
erant, baptiſmi teſtimonium deeſſet, ...
grauate illius ſententiæ ſubſcribam. Extra
illa reſtat pars, quæ ad nominis ſcriben-
materiam, & illius recitationem pertinet, ...
quibus ità agam: vt nihil à me prætermiſſum
ſit, quod huic capiti conſentaneum eſſe vi-
tur. Quare duo illa maximè docendi ſunt ...
ctores, primum quidem baptizandorum ...

Nominis baptizatorum ſcribendi alia ratio.

Nominis baptizatorum ſcribendi alia ratio.

Nominis baptizatorum ſcribebant presbyt.

Nominis baptizatorum ſcribendi aliæ rationes.

mina in tabulis, quas δίπτυχα, καὶ πτύχα nominabant, ſcripta eſſe. Recordari enim oportet, quod [c] Tertullianus teſtatur: *quid de tabella recitaris illum Chriſtianum?* tum verò ab [d] Euſebio dictum eſſe: *cum vndique per Amphitheatrum circumduceretur Attalus martyr, tabula, in qua latinis literis hæc erat inſcriptio: hic eſt Attalus Chriſtianus*, &c. præterea, quę de Acacio, Phrauita, Euphemio, Macedonio, & Timotheo expunctis Cæſar Baronius ad ann. Chriſ. 519. & de ſancti Ioannis Chryſoſtomi nomine obliterato, & rurſum relato in ſacra δίπτυχα Theodoretus, Nicephorus, & alij tradiderunt. Alterum eſt, quod lectores docere oporteret, vt baptizandorum nomina recitari ſolita eſſe, exiſtiment. ſicut in S. Gregorij ſacramentario, & Ordine Romano videre eſt, dum agunt de ordine ad catechumenum faciendum. Eius verò rei plurimæ rationes à ſacris ſcriptoribus afferri ſolent. Thomas enim Vualdenſis 3. part. tit. 5. cap. 43. hanc cauſam aſsignat, vt ex nominis recitatione, & eius, qui in catechumenorum numero locabatur, reſponſione Epiſcopo, & presbyteris paratam ad omne obſequium, voluntatem, & ſtudium differendum eſſe, intelligerent. Verum ego exiſtimo, ob id patres inſtituiſſe, vt. qui in catechumenorum claſſem recepti fuiſſent, omnibus perſpicuum eſſet. Nam petentis nomen ſilere, apud veteres cum Chriſtianos, tum gentiles idem fuit, ac reiicere, ſicut ex S. Cyp. epiſt. 10. & 60. & S. Auguſtino Epiſt.

Nomina ſcribebantur in tabulis

c Cap. 2. Apolo.

d lib. 5. Hiſt. cap. 1.

Nomina baptizandorum recitabantur.

Cauſa cur baptizandorum nomina recitarentur.

Secunda cauſa recitandi nomina baptizandorũ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

136.& 17.de clericis ab ordinum albo exp
ctis, & ex Adriano Turnebo lib. 27. Adu
cap.32. de vſitata rationem habendi form
intelligimus. Addi etiam poteſt, ration

*Tertia cauſa recitandi nomina*

fuiſſe, vt nomina recitata ſinguli, qui ader
memoriæ mandantes, in eorum vitam, & m
res inquirerent, relaturi poſtmodùm, cùm
gendi tempus eſſet. id quod ex eo facilè ap

*Nomina ſæpius recitabantur.*

ret, quia nominis recitatio ſæpius fiebat,
que inter ſcrutinia numerabatur, vt Dion

*Nomina recitabantur à clericis.*

ſius Areopagita lib. de Eccleſ. Hierach. cap
bapt. innuit. his verbis; *virum ad ſe portant*
*cumque ſacerdos aliquis ex tabula & cum, & ſ*
*ſorem citat, hic quidem ad aquam à ſacerdotib*
*citur, ad Hierarchæ manum ab eis manud*
*Hierarcha autem in loco ſuperiori ſtans, cùm*
*ſacerdotes ad aquas ſub Hierarchæ manu*
*qui initiatur, nomen citauerunt, ter quidem illum*
*mergit*, &c. Quo loco illud eſt adnotand

*Baptizandi poſt recitationem nominis, ad Hierarchā manu ducebantur. & quare.*

non modò nomina recitare, clericorum p
tes fuiſſe, ſed etiam poſt recitationem, ad H
rarcham manuduci ſolitos, cuius etſi ipſe
tionem non affert, tamen coniicere poſſ
propterea inſtitutum eſſe, vt declararēt
qui lauacrum ſalutare percipiunt, dæmon

*Baptizandi ſtabant ſub Hierarchæ manu.*

ſeruitutis iugum excutere, eo modo, quo
Romanos libertate donati, ab eo, qui don
bat, manumitti ſolebant. quæ coniectur
veriſimilior efficitur, quia baptizandi (
Dionyſius loco ſuprà, & alii docuerunt)
Hierarchæ manu ſtare conſueuerant. q
etiam in manumiſſione factitatum, Iſidor
lib. 9. Ethym. Boetius in Top. Valerius Prob

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de not. Donatus in Adel. & Carolus Sigonius lib. 1. de iudit. cap. 13. meminere.

Manumiſsi à manumittendo dicti ſunt.

---

*De renunciationis antiquitate, & figuris.*

## Cap. XVI.

DEinceps neceſſe eſt, ſacram renunciationem perſequi, eiuſque cæremonias docere, quo magis rituum baptiſmi ordinem lector percipiat & ob eam cauſam me à veteri conſuetudine ne latum vnguem diſceſſiſſe, fateatur. Renunciationis autem ritus eſt antiquiſſimus, atque cum ipſa Chriſtiana religione ortum, & incrementum habuit. Nemo enim legens illud Petri Act. 2. *ſaluamini à generatione iſta praua;* negare audebit, dœmonis conſuetudinem, & amicitiam ſolenni denunciatione reſcindi, iam tum in Eccleſia receptiſſimum fuiſſe: cum plurimi, & doctiſsimi ſcriptores, Gulielmus Lyndanus lib. 4. Panopl. Euangel. ca. 12. Ioannes Ferus in Act. Apoſtol. 2. & Ioannes Lorinus ibidem eum locum in hanc ſententiam explicarint. Deinde eiuſdem moris meminit S. Paulus ad Timoth. 6. inquiens: *apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, confeſſus bonam confeſsionem coram multis teſtibus.* ſuper quod ad literam in annotat. lib. S. Hieronym. *confeſſus es,* inquit, *bonam confeſsionem in baptiſmo, renunciando ſæculo, & pompis eius, coram multis teſtibus, coram ſacerdotibus, vel miniſtris, virtutibuſque cœleſtibus.* Et ad Coloſſ. 2. reprehendit

Renunciato in vſu Apoſtolorũ temporè

eos, quòd nullum renunciationis ſpeci-
præberent: *ſi mortui eſtis cum Chriſto ab elem-
huius mundi, quid adhuc tanquam mundo viu-
decernitis?* quod exponens S. Ambroſius ita-
bit: *omnis, qui baptiZatur in Chriſto, moritur m-
do: cunctis enim ſuperſtitionum erroribus abre-
ciat, vt ſolam colat fidem Chriſti, & ita ſit, v-
inimicitiam abrenunciationis inuicem ſibi m-
dicantur homo, & elementorum cultura: ubi c-
vetus homo deponitur, & nouus aſſumitur, p-
moritur, vt iuſtitiæ viuat, elementis abrenunc-
Chriſto ſocietur, reſurrectionis futuræ tenen-
exemplo ſaluatoris, qui reſurrexit à mortuis, ba-
tur commonuit, Vt perſeueraret in abrenun-
pompæ, & præſtigijs Satanæ, qui idcirco elemen-
ſuadet cultum, vt à Deo auocet, participes a-
ſuæ volens efficere homines.* Neque verò pr-
mittendum eſt, Authorem Conſtitut. Ap-
idem pluribus locis docuiſſe; vt cum lib. 4.
18. in ijs, qui baptizandi ſunt, virtutum o-
nium perfectionem requirit: vt à nocte v-
rum, & impietatis tenebris eructi ſint, c-
amicitiam iniuerint, & à Satana, & mun-
lementis defecerint: *qui baptiZatur, ſit-
impietate alienus, mortuus peccato, amicus Dei,
ſtis diaboli, hæres Dei patris, cohæres filij ſui, q-
renunciauerit Satanæ, & dæmonibus, & fra-
ſuis.* & lib. 7. cap. 40. iiſdem præcipit, v-
baptiſmi dies appetierit, quæ ad renunc-
nem, & fidei profeſsionem pertinent, me-
ria teneant: *cum ſe iam ad baptiſmum para-
chumenus, diſcat illa, quæ dicuntur de abrenun-
do diabolo, & de aggregando ſe Chriſto.* & cap.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

renunciationis verba refert, quæ à nemine ignorari vult: *abrenuncio & Satanæ, & operibus eius, pompis, cultui, angelis, & machinationibus eius, & omnibus, quæ ſub ipſo ſunt.* Præterea id ex multis Patribus facilè colligi poteſt. neque enim credendum eſt, ſolum Baſilium, dum ſanctas traditiones, catholicæ veritatis interpretes, & cuſtodes laudat, dixiſſe cap. 27. de ſpir. ſanc. *ter immergi hominem unde eſt traditum? reliqua item, quæ fiunt in baptiſmo, veluti renunciare Satanæ, ex qua ſcriptura habemus? nonnè ex priuata, & arcana traditione?* Sed eandem omnium ſcriptorum eſſe vocem, ac ſententiam. id quod à S. Dionyſio lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. Clemente Alexandrino lib. 1. pædag. cap. 6. Tertulliano lib. de cor. milit. cap. 3. de ſpectac. cap. 4. 5. & 24. ad martyr. cap. 8. de hab. mulie. cap. 2. & de pœnit. cap. 6. Cypriano Epiſtol. 7. Origene in Epiſtol. ad Rom. Paciano paræn. ad pœnit. Ambroſio lib. 1. Hexam. cap. 40. lib. de ijs, qui myſt. initian. cap. 2. & lib. 1. ſacram. cap. 2. Beato Ephrem de abrenunciat. in bapt. fact. Ioanne Chryſoſtomo hom. 21. ad popul. Antioch. & hom. 6. in Epiſt. Paul ad Coloſſ. cap. 2. Hieronymo ad cap. 6. Amos, & ad cap. 5. Matth. Auguſtino ſerm. 116. Epiſtol. 89. de morib. Eccleſ. cathol. lib. 2. de fid. ad catechum. cap. 1. & concion. ad catechum. cap. 1. Cyrillo Alexandrino lib. 7. cont. Iulian. Saluiano Maſſilienſi de prouident. lib. 6. Bed. in Thob. 8. Gregorio Magno lib. ſacram. Authore Ordinis Romani de denunciat. ſcrutin. ad elec. Albino Flacco de Diuin.

Renuntiationis antiquitas probatur ex Patribus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Offic. cap. 19. Rabano Mauro de Inſtit. cle[…]
cap. 28. aliiſque plurimis ſcriptum eſſe, ap[…]
ret. Quæ cum ita ſint, neſcio, cur hoſte[…]
tholicæ fidei, & perduelles, Vuolffgangu[…]
ſculus in locis communibus de baptiſm[…]
Ioannes Camiſirus in reformat. Eccleſia[…]
10. renunciationis baptiſmalis antiquita[…]
refellere conati fuerint, negant videlicet, [..]
cleſiæ neceſſariam eſſe. pugnant omnino [...]
cum aduerſario facili. nam ad id, quod ag[…]
nihil intereſt, renunciatio omnibus nece[…]
nè fuerit, an vtilis, cum de antiquitate qu[…]
inſtituta ſit. Hanc vero ab Apoſtolorum [...]
poribus incœpiſſe, probauimus. Verum [...]
uis hæc ita ſe habeant, omnibus tamen [...]
libus certum, & perſuaſiſsimum eſſe de[…]
non Apoſtolos, ſed ipſum noſtræ ſalutis [...]
thorem hanc cæremoniam inſtituiſſe. N[…]
de illa loquens Beda in illud Thob. 8. p[…]
*iecoris ſuper carbones*, ait: *Dominus accepturus E[…]*
*ſiam de gentibus, in primo deſponſationis eius […]*
*iubet eam in ſingulis credentibus abrenuncia[…]*
*tanæ, & omnibus operibus eius, etiam omnib[…]*
*pis eius, ac deinde confiteri fidem ſanctæ Trini[…]*
*in remiſsionem peccatorum, quod eſt intima [...]*
*viſcera viuis concremare carbonibus, quibus […]*
*Angelus apprehendens dæmonem ligauit, qu[…]*
*abrenunciationem diaboli, poſt confeſsionem re[…]*
*dei, ſequitur remiſsio peccatorum, expulſo dæ[…]*
*per aquam baptiſmi.* Et S. Anſelmus enarra[…]
cap. 19. Matth. publicani obedientiam, [...]
nas negociationes à ſe abdicantis comme[…]
rans, eandem opinionem illuſtri teſtimo[…]

Renunciationem qui negarint.

Renunciatio bpatiſmalis à Chriſto inſtituta eſt.

Renunciationis figura piſcis iecur apud Thobiam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

confirmat: *non eſt*, inquit, *mirandum, quod publicanus ad primam vocem iubentis Domini terrena lucra reliquerit, & comitatui eius, quem diuitiis carere videbat, adhæſerit, ipſe enim, qui vocabat exterius, verbo intus inuiſibiliter docebat, vt ſequeretur obediendo infundens illius menti, quia ſi deſereret theſauros in terris, incorruptibiles theſauros in cœlis haberet, perfectamque abrenunciationis formam nobis ille dedit, quia non ſolum lucra reliquit, & curam vectigalium, ſed & periculum contempſit, quod euenire poterat à principibus ſæculi qui vectigalium rationes inordinatas, & abſque ratione reliquerit, nimiam habens cupiditatem ſequendi Dominum.* Ex quibus colligere licet, expreſſam renunciationis figuram, & imaginem fuiſſe piſcem illum, de quo dictum eſt Thob. 8. *partem iecoris ſuper carbones.* illuſtrior tamen eiuſdem rei ſignificatio facta eſt in [a] Naaman illo Syro, qui, vt ſepties Iordanis aqua ſe abluit, & à lepra mundatus eſt, nunquam ſe in poſterum exteris Diis litaturum, promiſit, quemadmodum Beda in quæſtion. ſuper cap. 16. li. 4. Reg. tradidit his verbis: *Naaman ille Syrus ſepties lauare iubetur, quia nimirum ſolum baptiſmi genus, quod ex Spiritu ſancto regenerat, ſaluat. Vnde iure caro eius pueri parui apparuiſſe memoratur, ſiue quia cunctos in Chriſto baptizatos, in vnam parit gratia mater infantiam: ſeu magis ille ſit intelligendus puer, de quo dictum eſt, paruulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cuius corpori per baptiſmum tota credentium ſoboles adunatur: & vt cuncta hic baptiſmi ſcires ſacramenta permonſtrata, in quo abrenunciare Satanæ, fidem confiteri præcipimur, negat ſe Naa-*

a 4. Reg. 16
Renunciationis figura Naaman Syrus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*nam vltrà Dijs alienis litaturum, ſoli per omnia*
*mino ſeruiturus.*

---

*Renunciatio quando, & quo in loco*
*ederetur.*

## CAP. VII.

> Renunciatio erat cæremonia catechiſmi.
> Renunciatio fiebat tempore catechiſmi.
> Renunciatio repetebatur die baptiſmi, & præcedebat exorciſmum, & fidei profeſsionem.

DE tempore autem, quodnam fuerit
ra in hunc locum afferre, vix opus
apparet enim, catechiſmi cæremoniam
cùm ſcripſerit Rabanus Maurus de inſti
cleric. cap. 28. *catechiʒandi ordo hic eſt: inter*
*tur paganus, ſi abrenunciat diabolo,* &c. Qua
tempus catechumenos initiandi referend
quia tamen in baptiſmo plerunque eadem
petebatur, ne quid in hac re deſideres, ſcito
nunciationem exorciſmo, profeſsioni, &
cæremonijs anteceſſiſſe: quemadmodum
verbis Rabani allatis perſpicuum eſt. C
Albini Flacci locus aduerſari videatur lib.
uin. Offic. cap. 19. cùm hanc cæremo
poſt multas alias enumerat: nos id prop
factum eſſe, intelligimus: quonim illi cæ
monias recenſere, non ordinem perſequ
poſitum erat. quo modo ſimilia cæter
Patrum teſtimonia explicare oportet. Q
autem Concilij Laodiceni Patres can. 4
nuunt, feria quinta, poſt ſacram Fidei do
nam, dœmoni nuncium mitti ſolitum
cùm ſtatuunt: *quod oporteat eos, qui illumina*
*tur, fidem diſcere, & quinta hebdomadis feria*

*copo renunciare, vel presbyteris:* nihil planè diuerſum dici videtur: ſi diligenter attendamus. Ibi enim vox *renunciare* pro ſymbolum recitare, poſita eſt: ſicut rerum ſeries, & ordo declarat. Sed loci etiam explicatio à nobis prætermittenda non eſt, quod eius rei cognitio ad noſtrorum rituum originem, & veterum cæremoniarum dignitatem intuendam plurimùm proſit. Erat autem locus extra Eccleſiam: quod non ſolùm ex illis verbis Lincolnienſis in [a] S. Dionyſ. Areopag. licet colligere: *puer in primis ante fores Eccleſiæ ſtatuitur, in ſignum humilitatis propter peccatum originale: demum ſuffultus orationibus Eccleſiæ, poſtquàm perficiuntur exorciſmi, & exſufflationes, & renunciationes, Eccleſiam cum confidentia ingreditur:* ſed ab ipſis ſurgentis Chriſtianæ religionis incunabilis perpetuò in Eccleſia retentum eſſe, cognoſcimus. nemo eſt enim veterum Patrum, qui non tradiderit, dœmonis obedientiam in baptiſterijs abiurari ſolitam eſſe: ſi quis eorum teſtimonia intueri velit. Siquidem Origenes in Epiſtol. Paul. ad Rom. cùm ad frequentem recordationem eius ſponſionis, qua nos Deo obligauimus, ſingulos inuitaret, *recordetur,* inquit, *vnuſquiſque fidelium, cùm primùm venit ad aquas baptiſmi, cùm ſignacula fidei prima ſuſcepit, & ad fontem ſalutarem acceßit, quibus tunc vſus eſt verbis, & quid denunciauerit diabolo, non ſe vſurum pompis eius, ac voluptatibus pariturum.* Sanct. etiam Ambroſius, vt eandem memoriam in hominum animis insereret, lib. de ijs, qui myſter. initian. cap. 2. ſic ait: *poſt hæc, reſerata ſunt tibi ſancta*

Renunciationis locus extra Eccleſiam.

a De Eccle. Hierarch. c. de bapt.

*ſanctorum, ingreſſus es regenerationis ſacrarium, re-*
*pete, quid interrogatus ſis: recognoſce, quid reſpon-*
*ris: renunciaſti diabolo, & operibus eius, mundo,*
*luxuriæ eius.* & lib. 1. ſacram. cap. 2. non ſo-
frequenter, ſed grauibus verbis, & ſpiritu
plenis baptiſmalis myſterij dignitatem com-
mendat, atque etiam amplius ſacram vncti-
nem, & renunciationem, quæ in baptiſt-
edi ſolebat, ad contemplandum nobis an-
culos conſtituit: *venimus ad fontem, ingreſ-*
*conſidera, quos videris, repete diligenter, occur-*
*by[illegible]r, vnctus es quaſi athleta Chriſti, quaſi lucta-*
*huius ſæculi luctaturus. quando te interrogauit,*
*renuncias diabolo, & operibus eius? quid reſpon-*
*abrenuncio.* Quibus valde ſimilia ſunt, quæ
rillus Hieroſolymitanus tradidit catechis my-
ſtagog. nam renunciationis cæremoniam
plicare aggreſſus, eam in baptiſterio emi-
eſſe, docet his verbis: *primum ingreſſi eſtis in*
*ticum domus baptiſterij, & ſtantes verſus Occi-*
*dentem, mandari vobis audiſtis, vt protenſa ma-*
*tanquā præſenti Satanæ renunciaretis.* Si vero bap-
tiſteria extra Eccleſiam fuerunt: ſicut libr.
cap. 3. probauimus, conſequens eſt, extra
cleſiam renunciationis formam concep-
eſſe. Sed quid veterum teſtimonia ſectam
in noſtra Eccleſia adhuc quædam durant, q
veteri conſuetudini conſentiunt, id eſt, c
pueri ad Eccleſiæ fores adducuntur, atque
eius ingreſsione propulſantur, antequam
fario ritui, & ſuperſtitioni renunciauerint. C
ius quidem cauſam apud Gulielmum Dura
tum lib. 6. rational. Diuinor. offic. hanc

reperio, vt intelligamus, Chriſtũ Dominum, qui Ioannis 9. oſtium dicitur, cœlorum aditum, communi humani generis peccato interclusũm, nobis patefeciſſe, atque ab eo baptiſmalis gratiæ theſauros in eos effundi. Ac quoniam plurimi huic dœmonis, & ſociorum deteſtationi intererant, quos ſacra renunciationis verba audire, neceſſe erat: ideo ſapientiſsimè Patres ſtatuerunt, vt ea de ſuggeſtu à ſingulis ederetur: quemadmodum Tertullianus meminit lib. de Pall. cap. 5. ſui ipſius renũciationem hoc modo referens: *enim vero, cum hanc primum ſapientiam veſtit, quæ vaniſſimis ſuperſtitionibus renuit, tunc certiſsimè pallium ſuperq; omnes exuuias, & peplos auguſta veſtis, ſuperque omnes apices, & titulos ſacer ſuggeſtus deducit oculus. ſuadeo, reuerere habitum, vnius interim erroris tui renunciatorem.*

Renunciat[illegible] de ſuggeſtu.

---

*Renunciaturos fuiſſe nudos, & quamobrem.*

## CAP. XVIII.

Diligenter vero corporis etiam habitum, quo in renunciatione vtebantur, fideles obſeruabant. Ita enim fiet, vt animo magis hęreant, quæ hac cæremonia conſecuti ſunt, nimirum ſe à primi parentis labe expiatos eſſe: & ſimul facilius intelligant, quid eos facere oporteat, qui velint (velle autem omnes debent) renunciationis myſteriis reſpondere. Nam, qui dœmonis caſtra ſe deſerere profite-

Renunciátes erant nudi, & quare

Renunciatio in quib. regionibus nunc fiat à nudis.

bantur, omnes veſtes exuebant: vt cum
athletarum more cernerentur, ac ſe tam
militer gererẽt, facile poſſent agnoſcere,
ſe ad pugnam contra fortiſſimos hoſtes
ri, tum ſuperbiæ radices euellendas eſſe,
perditio dœmonis, cui renunciabant,
habuerit, & enata ſit. Quod vix auderem
prodere, mendacij ſuſpicionem reueren
& adhuc Ægyptiis, Saracenis, & Æthiop
in vſu eſſe, ex Ordine baptiſmi ſecũdum
Ægyptiorum, [a] Niceta Choniate, & [b]
ne Æthiope didiciſſem, & S. Dionyſius
pagita, cuius fidem nemo in dubium
nobis teſtatum reliquiſſet. Is enim lib.
cleſ. Hierarch. cap. de bapt. cum ſui tem
cæremonias ordine perſequeretur, ſic
*ſacerdotibus imperat, vt viri, atque ſponſ*
*na perſcribant, iis ſcriptis, ſacras preces perſ*
*vbi vniuerſa Eccleſia cum eo compleuit, exu*
*expoliatque per miniſtros. deinde cum illum*
*tem verſus attendentem, manuſque porrige*
*eam regionem pertinentes, collocauit: tum*
*tertio Satanam, vt ita dicam, inſufflare, &*
*ea, quæ defectionis, & abrenunciationis ſunt,*
*teri.* Quo loco *expoliandi* verbum ſedulo
tandum eſt: omnium enim veſtium detra
nem, & ipſam corporis nuditatem ſigni
quod ex græca Dionyſij voce, ἀπαμφ
manifeſtius colligitur. & paulo poſt in
ſententiam inquit: *cùm ei plane veſtes*
*detraxerunt, tum ſacerdotes,* &c. vbi pro
græcè τελέιως, hoc eſt, *omnino*, legimus.
quidem ſatis ipſa propoſitam quæſtio

a De ordinẽ, qui tũ ſeruatur. cũ quis à Saraceniſmo ad noſtram fidem trãſfugit.
b De ordine baptiſmi Æthiopũ.

conſtituunt. Verùm, ne quis dubitandi locus relinquatur, aliorum Patrum teſtimonia adijciam, quæ mihi diuturna lectione comperta ſunt. Sanè ſanctus Gregorius Nazianzenus, qui de Eccleſiæ ritibus optimè meritus eſt, orat. 40. in ſan. bapt. cum Chriſtianæ religionis amplectendæ cupidos, ad rerum humanarum deſpicientiam inuitaret; renunciantiũ habitũ, ac præcipuè nuditatem cõmemorat: vt in hãc intuentes, vitæ traducendæ formam deſumerent: *cognoſces porro ex hoc habitu, ac rerum ſpecie, & ex verbis, quod Satanæ renuncias, & Chriſto coniungeris, non enim oratione duntaxat, ſed etiam habitu ipſo, hoc eſt, veſtibus nudatus, corporeque ad Occaſum inuerſus, ac manus erectas habens, Satanam abiurabis.* Elias vero Cretenſis, cum hunc locum explicaret, non modo eiuſdem nuditatis meminit, ſed eam quoque à ſancto Dionyſio Areopagita traditam eſſe, ſcribit his verbis: *in diuino noſtro ortu, quemadmodum ſacerrimus Dionyſius inquit ad ſacerdotem quidem is adducitur, qui ſpirituali regeneratione donandus eſt. ipſe autem & pedes eius, adhibita miniſtrorum eorum, qui ad hoc conſtituti ſunt, opera, calceis nudat, & corpus vniuerſum detegit. poſteà cum ad Occaſum tutuentem ſtatuens, manuſque in altum extenſas habentem, ac velut aliquid repellentem, ter eum aduerſus Satanam exſufflare iubet, atque inſuper abrenunciationis verba profiteri. porro ſacroſancta hæc traditio per hæc ſigna multa nobis ſubindicat. nam per id, quod ille excalceatur, ac denudatur, prioris vitæ affectionibus vitioſis addicta, denudatio, atque ad extremos etiam vſ-*

*que ipſius habitus abiectio ſignificatur.* Et n…
ibidem multa habet, quæ eandem conſue…
dinem confirmant. ego breuitatis ſtudio …
potiſsimum tranſcripſi: *ad hunc igitur mod…*
*nudato eo, qui ad baptiſmum accedit, iam tum a…*
*tum traducit, & dicit: abrenuncias,* &c. Sed n…
faciam vt Nicolai Cabaſilæ authoritas præ…
mittatur, cuius edidici etiam verba, & lib…
rer quidem, quæ in expoſit. Liturg. c. 1. leg…
tur: *in aliis ſacramentis multa alia inuenies, q…*
*admodum in baptiſmo eos, qui ſunt baptiz…*
*calceos, & veſtes oportet exuere, & ad Occiden…*
*reſpicientes, manus extendere, & exſufflare, q…*
enim manus extenſionis, & exſufflatio…
mentio fit, ipſe renunciandi mos exprim…
cum huius cæremoniæ eſſent. quamob…
magnopere miror Rupertum Lincolnien…
qui alias Dionyſij verba, latenteſque ſe…
egregie eſt aſſecutus, in hoc tã manifeſto …
lucinatum fuiſſe, vt non omnino nudos …
nunciationis munus obiuiſſe, docuerit qu…
Renunciatio cur fieret à nudis. quam quod idem met ſignificat, propterea …
ſtes illis detractas eſſe, vt ex earum depoſi…
ne veterem labem exuẽdi occaſionem arr…
rent, ſine hæſitatione amplector, non m…
propter ipſius viri authoritatem, quam q…
etiam ab Elia Cretenſi loco ſupra allato …
Renunciãtiũ nuditas argumentũ humilitatis. tum eſt. Ac quoniam idem aſſeruit, corp…
nuditatem Chriſtianæ humilitatis argume…
tum fuiſſe, non ab re facturum me exiſtim…
Candidati tunicam exueba…t, & quare. ſi originem, vnde illa deriuauit, oſtendere. …
detur autem à veteribus candidatis profe…
eſſe, quos Plutarchus in Coriol. narrat, …

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in campum deſcendiſſent, tunicam depoſuiſſe, non modo, vt idem inquit in quæſt. Centur. ne pecuniam in ſinu geſtarent, qua plebis ſuffragia emerent, vel vt cicatrices aduerſo corpore acceptas, ad ſui commendationem populo oſtentarent. verum etiam vt, quemadmodum prenſatione, & ſupplicationibus, ſic etiam habitu, & nudatione ſe deprimerent. quibus omnibus addi poteſt, corporis nudandi cauſam fuiſſe, vel vt impoſterùm cõtra dœmonem perpetuo ſibi dimicandum eſſe, intelligerent, quod olim nudi [a] gladiatores, & athletæ gladios, & brachia inter ſe conſerebant: vel vt argumentum eſſet, eos à dœmone diuertiſſe, quoniam veteres Hebræi ſimili cæremonia in diuortio vtebantur: vt eſt apud Sanctum Anſelmum explanat. in cap. 3. Matth. in hunc modum: *mos erat in lege, vt, ſi aliquis ſuperbus repudiaret vxorem, alius, qui iure propinquitatis eam ducere vellet, diſcalcearet eum, qui repudiauerat.*

Renunciãtium nuditatis aliæ cauſæ.

Gladiatores, & athletæ nudi pugnabant.

[a] Cle. Alex. lib. 3. Pad. Orig. in li. Iob & Phil. Iud. lib. de agricul. de leg. ſpecial. & quod deter. potior. i ſid.

Diuertẽtes Iudæi exuebantur.

---

*Renunciantes ſtetiſſe recto corpore, ad Solem occidentem ſpectaſſe, manus protendiſſe, in cœlum erexiſſe, complicaſſe inuicem, colliſiſſe, ſpiritum impuliſſe, quoſdam etiam in terram ſpuere, & ſingulorum ratio demonſtrata.*

## CAP. XIX.

SEd nihil profecto lectoribus æque placuerit, nihilque maiorem illis alacritatem ve-

Renũciantes ſtabant recto corpore, & cur.

teres ritus repetendi affert, quam ſi com-
ſitus, & conſtitutio à nobis explicata ſ[...]
Primo itaque recto corpore ſtabant, vt [...]
ptos, & paratos ad bellum contra dæm[...]
ſuſcipiendum oſtenderet. qua de re ita C[...]
lus Hieroſolymitanus catech. 1. myſtag. [...]
*primum ingreſſi eſtis in porticum domus bapt[...]*
*& ſtantes verſus Occidentem, mandari volu[...]*
*ſtis, vt protenſa manu tanquam præſenti Satan[...]*
*nunciaretis.* & mox infra, cum renuncia[...]
cęremonias accuratè perſequeretur: *[...]*
*men audis, quod nutu manus tanquam ad p[...]*
*tem dicitur, renuncio tibi Satana; qua de cau[...]*
*ſus occaſum ſteteritis, operæ pretium eſſe puta[...]*
*re. cum ſolis occaſus apparentium tenebrarum [...]*
*cus, diabolus autem, cum ſit tenebræ, robur [...]*
*ſuum habeat: idcirco ſymbolice occaſum ſpe[...]*
*caliginoſo illi tenebrarum Principi renunciati[...]*
odus etiam Conſtantinopolitana quinta [...]
manifeſte huius conſuetudinis veritatem [...]
fitetur, vt, ſi cætera Patrum teſtimonia d[...]
ſent, ſatis ipſa ad fidem faciendam eſſe p[...]
nam cum docere vellet, eos, qui ad di[...]
baptiſmum ſe parant, maxime omnium [...]
næ incurſibus peti, atque iiſdem in ſ[...]
temporis momenta inſidias ſtrui, Act. [...]
tum reliquit: *non putamus latere aliquem, [...]*
*gnus ſit diuini ritus, quantum certamen de[...]*
*qui timent Dominum tempore, quo debent [...]*
*diuinum baptiſma, qui errore ante capti ſunt. [...]*
*niam liberum lumen cum veritate ſuper h[...]*
*animabus ſplendet, & à difficili valde ſer[...]*
*berantur, ſtant, figuram certaminis explican[...]*

*verſum innuentes, & manus complicantes.* Additur his omnibus Elias Cretenſis, non poſtremi ordinis ſcriptor, qui in orat 19. S. Gregorij Nazianzeni de renunciationis ritibus inquit: *qui diuinam natiuitatem, & ſpiritualem regenerationem conſecuti ſunt, recto corpore ſtantes, ac nunc ad Occidentem, nunc ad Orientem ſeſe conuertentes, atque aduerſario quidem, eiuſque operibus renunciantes, ad Chriſtum, & Chriſtianam vitam ſe adiungunt.* Quibus fauent Haymonis verba in c. 2. ad Colloſſ. *quando interrogante ſacerdote iuxta fontem ſtantes, abrenunciamus diabolo, & omnibus pompis eius, tunc quaſi morimur.* Deinde ad occidentem Solem ſpectabant, non minus quia vaferrimus hominum hoſtis *tenebræ* appellatur, quam vt à peccatorum nocte ad lucem veritatis emergerent. Ita enim ſignificare videntur non modo Cyrilli Hieroſolymitani, & Eliæ Grætenſis loca iam allata, ſed etiam S. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. cum ait: *deinde cum illum occidentem verſus attendentem, manuſque porrigentem ad eam regionem pertinentes collocauit: tum eum iubet tertio Satanam, vt ita dicam, inſufflare.* Et S. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in ſanct. bapt. cũ cæremoniarum myſteria explicaret: *cognoſces porrò & ex ipſo habitu, ac rerum ſpecie, & ex verbis, quod Satanæ renũcias, & Chriſto coniungeris. non enim oratione duntaxat, ſed etiam habitu ipſo, hoc eſt, veſtibus nudatus, corporeq; ad Occaſum inuerſus, ac manus erectas habẽs, Satanã adiurabis.* cui ſententiæ verba illa Eliæ Cretenſis in orat. 40. S. Greg. Nazi. valde cõgrua ſunt: *in diuino noſtro*

Renunciãtes ſpectabãt ad ſolẽ occidentẽ, & quare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ortu, quemadmodum ſacerrimus Dionyſius*
*ad ſacerdotem quidem is adducitur, qui ſpiritua*
*generatione donandus eſt. ipſe autem & pedes*
*adhibita miniſtrorum eorum, qui ad hoc*
*ſunt, opera, calceis nudat, & corpus vniuerſum*
*git, poſteà eum ad Occaſum intuentem ſtatuens,*
*nuſque in altum extenſas habentem, ac velut*
*repellentem, ter eum aduerſus Satanam ex*
*iubet, atque inſuper abrenunciationis verba*
*ri.* Et paucis interiectis: *per manuum*

*Renunciãtes in Æthiopia ſpectant ad Occidẽtẽ.*

*occaſum velut repulſionem, & exſufflationem,*
*& caliginoſi vitij abnegatio, & auerſio, atque*
*probæ illius affectionis, quæ ipſi conflata eſt,*
*piratio.* Immò etiam ante ipſum S. Hierony
ita teſtatus fuerat in cap. 6. Amos: *in my*
*primum renunciamus ei, qui in Occidente eſt,*
*que moritur cum peccatis, & ſic verſus Orientem*
*ctum inimus cum ſole iuſtitiæ, & eis nos ſerui*
*eſſe, promittimus.* Et Seuerus Alexandrinus
de bapt. *tum obuoluit eum ſacerdos ad Occiden*
*& profert ipſe ſacerdos pro baptizatis hanc abrenun*
*ciationem tribus vicibus, ſponſoribus ter,*
*ſpondentibus. Abrenuncio Satanæ ego talis*
*baptizor.* Necnon Nicolaus Cabaſilas
liturg. cap. 1. *in aliis ſacramentis multa*
*nies, quemadmodum in baptiſmo eos, qui*
*zandi, & calceos, & veſtes oportet exuere,*
*Occidentem reſpicientes manus extendere, &*
*flare.* quod etiam nunc in Æthiopia ſer

*Renunciãtes protendebant manus, & cur*

author eſt Ordo baptiſmi ſecundum vſum Æ
thiopum, qui in bibliotecha Patrum inſer
eſt. Poſt corporis ſitum, alia deinceps, quæ
geſtus pertinent, explicare oportet. Portend

bant c
inimic
S D
manuſ
collocan
protenſ
retis:
ad pra
Eliæ
lut rep
cidente
flare.
intelli
eſſe d
Grego
bapt.
Eliam
ad occ
extenſ
eum ad
pud O
rum d
abnega
eam co
vigere
ſpiritu
quos d
ſolenn
nus co
Conſta
cùm ai
ſic diuin
timent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bant enim manus, vt quaſi præſenti Satanæ inimicitiam indicerent. quod indicant tùm [a] S Dionyſij Areopagitæ verba ſæpius allata: *manuſquè porrigentem ad eam regionem pertinentes collocauit*: tum [b] Cyrilli Hieroſolymitani: *vt protenſa manu tanquam præſenti Satanæ renunciaretis*: & rurſus: *audis, quod nutu manus tanquam ad præſentem dicitur, renuncio tibi Satana*: tùm [c] Eliæ Cretenſis: *manuum autem ad occaſum velut repulſionem*: tum [d] Nicolai Cabaſilæ: *ad occidentem reſpicientem manus extendere, & exſufflare.* Poſteà eaſdem in cœlum erigebant, vt intelligerent, eò ſuarum actionum curriculum eſſe dirigendum. ſcriptum eſt enim apud S. Gregorium Nazianzenum orat. 40. in ſanc. bapt. *manus erectas habens, Satanam abiurabis.* Et Eliam Cretenſem in orat. 4. S. Greg. Nazian. *ad occaſum intuentem ſtatuens, manuſquè in altum extenſas habentem, ac velut aliquid repellentem, ter eum aduerſus Satanam exſufflare iubet.* Rurſus apud Ordinem bapt. Aethiop. *erigunt manus eorum dexteras, & aſpicere faciunt ad Occidentem, & abnegant Satanam.* Ex quo licet cognoſcere, eam conſuetudinem etiam nunc in Aethiopia vigere. Quoniam verò baptiſmi cæremoniæ ſpirituale certamen in multis referebant, ij, quos dœmoniacæ ſeruitutis, & amicitiæ cum ſolenni denunciatione pœnitebat, eaſdem manus complicare ſolebant: ſicut ex Concilio Conſtantinopolitano V. Act. I. colligitur: cùm ait: *non putamus latere aliquem, qui dignus ſit diuini ritus, quantum certamen detineat eos, qui timent Dominum, tempore, quo debent venire ad*

[a] Lib. de Eccl. Hierarch. cap. de bapt

[b] Catech. 1. myſtag.

[c] In orat. 4. Greg. Nazian.

[d] Expoſi. Liturg. cap. 1.

Cur renũciantes erigerent manus in cœlum.

Renũciantes in Aethiopia manus erigunt ad cœlum.

Renũciantes complicabant manus, & cur.

V

*diuinum baptiſma, qui errore antè capiti ſun*
*quoniam liberum lumen cum veritate ſuper*
*modi animabus ſplendet, & à difficili vald*
*tute liberantur, ſtant, figuram certamini*
*tes, deorſum innuentes, & manus complican*
quebatur aduerſarum manuum inuicem
liſio, quæ ad deridendum dœmonem, e
conſuetudinem reſpuendam, fieri ſoleba
enim referenda ſunt S. Dionyſij Areop
verba lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de
*manuumque depulſione obſcuri vitij commer*
*conſuetudinemque reſpuentem.* cùm præcip
lius interpres pro *depulſione*, *impulſionem*
rit: & græcè ἀπώσει legatur: quod *excuſ*
ſiuè *colliſionem* ſignificat. Prætereà ſpiritu
tanquam præſentem dœmonem tribu
bus execrabantur: quem ritum veteres P
*exſufflationis*, vel *exſufflandi* voce declara
vt S. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſ.
rarch. cap. de bapt. *tum eum iubet tertiò Sata*
*vt ità dicam, exſufflare, & prætereà, quæ defe*
*& abrenunciationis ſunt, profiteri*: Elias Cr
ſi; in orat. 4. S. Greg. Nazian. *poſteà eum*
*caſum intuentem ſtatuens, manuſque in di*
*tenſas habentem, ac velut aliquid repellente*
*eum aduerſus Satanam exſufflare iubet, atqu*
*per abrenunciationis verba profiteri*: & mo
*per manuum autem ad occaſum velut repuls*
*& exſufflationem, tetri, & caliginoſi vitij*
*tio, & auerſio, atquè improbæ illius affection*
*ipſi conflata eſt, velut expiratio*: & Nicolaus
baſilas expoſit. Liturg. cap. 1. *in alijs ſacra*
*tis multa alia inuenies, quemadmodùm in bapt*

Renũciantes in vicẽ manus collidebant, & quare.

Renunciãtes ſpiritũ impellebãt tanquam in præſentem dœmonem.

*eos, qui ſunt baptizandi, & calceos, & veſtes oportet exuere, & ad Occidentem reſpicientes, manus extendere, & exſufflare.* Atquè huic conſuetudini cùm in pleriſque regionibus finis impoſitus fuerit; tamen illius imaginem Moſcouitæ retinent, qui, cùm dœmoni, res ſuas agere, certa verborum formula præcipiunt, in terram ſpuere ſolent: ſicut Alexander Gaguinus in deſcrip. Sarmat. Europ. teſtatur his verbis: *fideiuſſores, vel ſuſceptores infantis, quoties circa baptiſmum ſacerdoti interroganti, an diabolo infans renunciet, correſpondent, toties in terram expuunt:* & Sigiſmundus Liber Baro de reb. Moſcouit. cap. de bapt. *ſuſceptores ex voluntate parentum aſſumuntur, & quoties, præeunte certis verbis ſacerdote, diabolo renunciant, toties in terram expuunt:* credo, vt hac ratione perpetuum illi diſſidium, indicant: cùm veteres Hebræi in diuortio eadem cæremonia vterentur: vt author eſt S. Anſelmus in cap. 3. Matth. cùm inquit: *mos erat in lege, vt, ſi aliquis ſuperbus repudiaret vxorem, alius, qui iure propinquitatis eam ducere vellet, diſcalcearet eam, qui rupudiauerat illam, in media porta, & ipſa ſpueret ei in faciem, & vocaretur ille in æternum opprobrium, vel diſcalceatus in populo.*

Spiritus impellendi mos abrogatus.

Renũciantes Moſcouitæ in terram ſpuũt.

Cur Moſcouitæ renunciantes in terram ſpuant.

Sputi vſus in diuortio apud Hebræos.

*Veterem renunciationis formam cum noſtra co…
niſſe: renunciationis verba ter proferri ſolit…
& alia ad renunciationis formam
pertinentia.*

## CAP. XX.

QVod ſi quis ſcire cupiat, quibus verb…
lim renunciationis munus obiren…
quidem à nobis facilè explicari poteſt, …
nemo ignoret, veteres dœmonem, & ca…
eadem ratione, qua nunc vtimur, eierat…
tos eſſe. Quod Author Conſtit. Apoſt…

Renuncia-tionis forma vetus eadẽ, quæ nunc.

3. cap. 18. prodidit, dicens: *qui baptizatur,
omni impietate alienus, mortuus peccat…
Dei, hoſtis Diaboli, hæres Dei Patris, coher…
ſui, qui abrenunciauerit Satanæ, & fraudibu…*
item lib. 7. cap. 41. *abrenuncio & Satanæ, …
ribus eius, pompis, cultui, angelis, & machina…
bus eius, & omnibus, quæ ſub ipſo ſunt:* & …
genes in Epiſt. Paul. ad Roman. grauiori …
tentia comprobare non potuit: ſcribite…
*…ordetur vnuſquiſque fidelium, cùm primu…
…it ad aquas baptiſmi, cùm ſignacula fidei …
ſuſcepit, & ad fontem ſalutarem acceſſit, …
tunc vſus eſt verbis, & quid denunciauerit …
non ſe vſurum pompis eius, & voluptatibus …
turum.* Accedit præterea aliorum Patrum …
ſentiens authoritas, inter quos S. Ambro…
cùm huius myſterij memoriam nobis reno…
ret, lib. 1. ſacram. cap. 2. ità inquit: *Venimu…*

ſontem, ingreſſus es, conſidera, quos videris, quid locutus ſis, conſidera, repete diligenter: occurrit tibi leuita: occurrit presbyter: vnctus es quaſi athleta Chriſti, quaſi luctamen huius ſæculi luctaturus, quando te interrogauit, abrenuncias Diabolo, & operibus eius? quid reſpondiſti? abrenuncio. & lib. de ijs, qui myſter. initian. cap. 2. poſt hæc reſerata ſunt tibi ſancta ſanctorum: ingreſſus es regenerationis ſacrarium, repete, quid interrogatus ſis, recognoſce, quid reſponderis: renunciaſti Diabolo, & operibus eius, mundo, & luxuriæ eius. Item lib. 1. Hexam. cap. 4. derelinquit, ac deſerit, qui abluitur, intelligibilem illum Pharaonem principem iſtius mundi, dicens: abrenuncio tibi diabole, & angelis tuis, & operibus tuis, & imperijs tuis. Sed clariora habemus huius rei teſtimonia tùm in B. Ephrem de abrenunciat. in ſac. bapt. fact. his verbis: abrenunciatio, quam in baptiſmo facimus, nominata quidem apparet parua: cæterum intellecta admodùm magna: quam qui ſeruare voluerit, beatiſſimus erit. Paucis namque verbis cuncta, quæ nominantur mala, quæque odit Deus, valere iubemus, & abrenunciamus: cuiuſmodi ſunt non vnum duntaxat, non duo, nec decem: ſed quodcunque appellatur malum. Puta: abrenuncio Satanæ, & cunctis operibus eius: tùm in S. Ioanne. Chryſoſtomo homil 21. ad popul Antioch. vocis illius recorderis, quam, dum ſacris initiareris, emiſiſti. Abrenuncio tibi Satanæ, & pompæ tuæ, & cultui tuo: tùm in S. Hieronymo ad cap. 5. Matth. quidam diſſerunt, in baptiſmate ſingulos pactum inire cum diabolo, & dicere: renuncio tibi diabole, & pompæ tuæ, & vitijs tuis, & mundo tuo, qui in ma-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ligno poſitus eſt*: tùm in S. Cyrillo Alexandr
lib. 7. cont. Iulian. *vbi depoſuerimus tenere*
*mente noſtra, & dæmoniorum turbis valedi*
*mus, omnemque ipſorum pompam, & cultum*
*dentiſsimè reſpuerimus, confitemur fidem in Pa*
&c. tùm in Saluiano Maſſilienſi lib. 6. de p
uid. *abrenuncio enim, inquis, diabolo, pompis,*
*ctaculis, & operibus eius.* Vt interim ſupe
deam teſtimonio S. Gregorij Magni lib.
*tunc dices ei: Abrenuncias Satanæ?* Reſp. *a*
*nuncio. Et omnibus operibus eius?* Reſp. *abre*
*cio. Et omnibus pompis eius?* Reſp. *abrenuncio*
dinis Romani de denunciat. ſcrut. ad elect
*uocato nomine infantis, presbyter dicat: Abren*
*Satanæ?* Reſp. *Abrenuncio. Et omnibus ope*
*eius?* Reſp. *abrenuncio. Et omnibus pompis*
Reſp. *abrenuncio*: & tit. de die Sabb. S. *in*
*nomine ſingulis, dicit: Abrenuncias Satanæ?* R
*Abrenuncio. Et omnibus operibus eius?* Reſp.
*renuncio. Et omnis pompis eius?* Reſp. *Abren*
& Bedæ in Thob. 8. *Dominus accepturus Ec*
*ſiam de gentibus, in primo deſponſationis eius*
*iubet eam in ſingulis credentibus abrenunciare Sa*
*næ, & omnibus operibus eius, etiam omnibus p*
*pis eius.* Sed de eo etiam, quot uicibus re
ciationis verba proferrentur, nullus dubit
locus relinquitur. nam inter ſacros ſcript
conuenit, ter ea proferri ſolita eſſe. quod
dem non modò ex locis S. Gregorij Magni
Ordinis Romani paulò ante citatis, ſed e
ex [a] S. Dionyſij Areopagitæ authoritate co
gitur, cùm inquit: *tum eum iubet tertiò Satan*
*vt ità dicam, inſufflare.* Idemquè ex illis S. A

Renunciationis verba ter proferebantur.

[a] Lib. de Eccl Hierarch cap. de bapt.

brosij v
*figura m*
Seueri
*pro bapt*
*bus, ſpo*
*cio Sata*
cere. pr
tionem
nis aper
nullo n
*operatio*
ctaſſe, c
ciſcere
ſtaſes d
ante o
deteſta
tam, q
tiam r
emano
plici re
peract
teſtant
habeb
nuncia
Latino
adulti,
abſque
quod
nuncia
*& cum*
ſoſtom
*nuncio*
manife

broſij verbis lib. 7. de fid. ad Grat. *tertiò repetita figura myſterij operationem Trinitatis expreßit* : & Seueri Alexandrini de bapt. *profert ipſe ſacerdos pro baptizatis hanc abrenunciationem tribus vicibus, ſponſoribus ter, vt ipſe, reſpondentibus, abrenuncio Satanæ ego talis N. qui baptizor*: licet cognoſcere. primus enim pro *myſterij figura* renunciationem intelligit : alter eiuſdem renunciationis apertè videtur meminiſſe : vt dubitandum nullo modo ſit, verba etiam illa S. Ambroſij, *operationem Trinitatis expreßit*, ad rationem ſpectaſſe, cur ter à Satana conceptis verbis ſe deſciſcere profiterentur : vt nimirum tres hypoſtaſes diuinas, quibus in filios adoptandi erant, ante oculos proponerent. Cui ſi quis adijciat, deteſtationem tribus vicibus explicari ſolitam, quia tres erant, quorum fidem, & amicitiam reprobabant, vel vt adoptionis ciuilis, & emancipationis ritum exprimerent, quam triplici renunciatione eius, qui iuri ſuo cedebat, peractam eſſe, [b] Aulus Gellius, & [c] Sigonius teſtantur: diu me aduerſariũ pertinacem non habebit. Vtrùm verò ſeipſis, an interrogati renunciationem edere ſolerent, Græcorum, & Latinorum ſententiæ variant. Illi enim tam adulti, quàm infantes, ſiuè ſuſceptores pro eis, abſque interrogatione formam exprimebant. quod de adultis verba B. Ephrem de abrenunciat. in ſacr. bapt. fact. *abrenuncio Satanæ, & cunctis operibus eius* : & S. Ioannis Chryſoſtomi homil. 21. ad popul. Antioch. *abrenuncio tibi Satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo* : manifeſtè demonſtrant : de paruulis verò

Renunciationis verba cur ter proferẽtur.

Adoptionis ciuilis, & emancipationis ritus.

b Lib. 5. cap. 19.

c Lib. 1 de ant. iur. ciu. Roman.

Græcorum & Latinorum varietas in proferẽda forma renunciationis.

ex Seuero Alexandrino intelligimus, qui
de baptiſ. ita inquit: *profert ipſe ſacerdos pr*
*tizatis hanc abrenunciationem tribus vicibus,*
*ſoribus ter, vt ipſe, reſpondentibus. Abrenun*
*tanæ ego talis N. qui baptizor.* Verùm in Ec
ſia Latina vt eos, qui perfectum rationis v
habebant, ſinè interrogatione formulam
tuliſſe, concedam; quia id ſignificare vid
S. Ambroſius lib. 1. Hexam. cap. 4. *derelin*
*& deſerit, qui abluitur, intelligibilem illum*
*raonem, principem iſtius mundi, dicens: abren*
*tibi diabole, & angelis tuis, & operibus tuis,*
*perijs tuis:* S. Hieronymus ad cap. 5. Matth
*dam diſſerunt, in baptiſmate ſingulos pactum*
*cum diabolo, & dicere: renuncio tibi diabol*
*pompæ tuæ, & vitijs tuis, & mundo tuo, qui*
*lignis poſitus eſt:* & Saluianus Maſsilienſi
prouid. lib. 6. *abrenuncio enim, inquit, dia*
*pompis, ſpectaculis, & operibus eius:* tamen
tes, vel potiùs ſuſceptores pro eis à Pon
inrerrogatos, renunciationis verba pro
ciaſſe, antiquæ Eccleſiæ conſuetudo decla
Nam S. Ambroſius lib. de ijs, qui myſter.
tian. cap. 2. cùm baptizatis omnium virt
perfectionem commendaret, atquè ideo b
tiſmatis ſponſionem illis ante oculos t
recolendam, tùm ad obſeruandam conſi
ret, hoc modò loquitur: *repete, quid interr*
*ſis, recognoſce, quid reſponderis: renunciaſti diabo*
*operibus eius, mundo, & luxuriæ eius.* Et lib.
cram. cap. 2. *venimus ad fontem, ingreſſus es,*
*dera, quos videris, quid locutus ſis, cōſidera, repet*
*ligenter: occurrit tibi Leuita, occurrit presbyter*

Aduſti ſine interroga tione for- mam renũ ciationis proferebãt

Infantes interrogati renuncia- tionem e- debant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*es quaſi athleta Chriſti, quaſi luctamen huius ſaculi luctaturus, quando te interrogauit, abrenuncias diabolo, & operibus eius? quid reſpondiſti? abrenuncio,* &c. quod etiam S Gregorij Magni authoritate confirmatur lib. ſacram. vbi ſacrarum cæremoniarum ordinem, & regulas ea de re tradens, *tunc*, inquit, *dices ei: Abrenuncias Satanæ? Reſp. Abrenuncio. Et omnibus operibus eius? Reſp. Abrenuncio. Et omnibus pompis eius? Reſp. Abrenuncio.* Atque iiſdem ferè verbis eandem conſuetudinem docuit Ordo Roman. de denunciat. ſcrutin. ad elect. cum ait: *tunc imprimis inuocato nomine infantis, presbyter dicat: Abrenuncias Satanæ? Reſp. Abrenuncio. Et omnibus operibus eius? Reſp. Abrenuncio. Et omnibus pompis eius? R. Abrenuncio.* Et de die Sabb. S. *vocatis nomine ſingulis, dicit: Abrenuncias Satanæ? Reſp. Abrenuncio. Et omnibus operibus eius? Reſp. Abrenuncio. Et omnibus pompis eius. Reſp. Abrenuncio.*

---

*Renunciationis ordo explicatus, renunciantem interrogare ad quos ſpectaret, verba, memor eſto, &c. unde ſumpta, & de impoſitione manus ſuper renunciantis caput, teſtibus in renunciatione adhibitis, & renunciantis nomine in publicas tabulas relato.*

## CAP. XXI.

EX quibus locis intelligent lectores, non ſolum renunciationis ordinem fuiſſe, vt primo Satanam, tum eius opera, demũ omnes

Renunciationis ordo

pompas valere iuberent, ſed etiam inno…
pueri nomine, eum ſolenni formula inter…
gaſſe. quę duo nunc in paruulorum bapt…
te ſeruantur. Negare præterea nemo po…

Renunciaturum exorciſta interrogabat.

quin interrogandi munus ad exorciſtas pe…
neret: cùm & Ioan. Beleth. de diuin. Offic…
90. id conſtanter affirmet, ſcribens: *ex…*
*debet prius baptizandos interrogare, num etiam*
*renuncient Satanæ, & omnibus eius pompis;* …
nos etiam ſentire oporteat; quoniam mi…
miniſteria, etiam quæ in ſacramentorum…
poſita ſunt, olim minoris ordinis clerici…
bant: quemadmodum de exorciſmo, & …
ctione poſtea conſtabit. Atque id etiam …
nere oportet, Eccleſiæ conſuetudinem, q…
pueros ad ſuæ ſponſionis memoriam in…
dicens: *memor eſto ſermonis tui*, &c. ex S. Amb…

Verba poſt renunciationem, memor eſto, &c. vnde ſumpta.

ſio deſumptam eſſe. Is enim lib. de iis, qui …
ſter. initian. cap. 2. poſtquam dixiſſet: *renun…*
*ſti diabolo, & operibus eius, mundo, & luxuriæ…*
tum ſubdit: *memor eſto ſermonis tui, & nunqu…*
*tibi excidat tuæ ſeries cautionis.* Iam vero q…
niam, quæ ad formam pertinent, explica…
mus, aliæ etiam cæremoniæ, quæ formam …
mitabantur, à nobis declarandæ erunt. M…

Renunciantium capiti manus imponebatur.

num igitur eorum capiti, qui dœmonis a…
citiam à ſe abdicabant, à Pontifice, vel cleri…
impoſitam eſſe, omnibns certiſſimum eſſe d…
bet. Nam & Tertullianus, cùm baptiſmi cæ…
remonias explicaret. lib. de coron. milit. cap…
inquit: *aquam adituri ibidem, ſed & aliquanto*
*prius ſub Antiſtitis manu conteſtamur, nos renun…*
*ciare Diabolo, & pompæ, & angelis eius.* Et Con…

ſtantinus Imperator de ſe ipſo loquens in Edict. ad Syłueſt. Pap. ſcribit: *per manus impoſitionem clericorum vſque ad ipſum Præſulem veni: ibique renuncians Satanæ, pompis, & operibus eius, vel vniuerſis Idolis manufactis, credere me in Deum patrem ſpontanea voluntate coram omni populo profeſſus ſum.* Vetus quoque illa fuit in Eccleſia cõſuetudo, vt omnes artes, quibus infenſiſſimus humani generis hoſtis decipere ſolet, coram teſtibus ei concederent. quare eſt apud [a] Apoſtolum dictum: *confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.* quæ verba in hunc ſenſum accipienda eſſe, declarat S. Hieronymus in Annot. lib. cùm ait: *confeſſus es bonam confeſſionem in baptiſmo, renunciãdo ſæculo, & pompis eius.*

In renunciatione teſtes adhibebantur.

[a] Ad Tim. 6

Atque eius quidem cauſa fuit, ne cuiuſquam renunciatio vllo vnquam tempore in dubium vocari poſſet ſicut propter eandem rationem, publicis etiam literis conſignabatur, quod indicaſſe S. Ambroſium lib. de iis, qui myſter. initian. cap. 2. cùm dixit: *renunciaſti diabolo, & operibus eius, mundo, & luxuriæ eius, ac voluptatibus. tenetur vox tua non in tumulo mortuorum, ſed in libro viuentium.* & S. Auguſtinum lib. 4. de ſymb. ad catechum. cap. 1. *diabolo vos renunciare profeſſi eſtis: in qua profeſſione non hominibus, ſed Deo, & Angelis eius conſcribentibus, dixiſtis, renuncio:* omnes, qui diſtinctam Chriſtianorum viuorum, & mortuorum tabellam fuiſſe, clericoſque in ſacramentorum adminiſtratione, Dei munera obire, legerint, facile fatebuntur.

Cauſa adhibẽdi teſtes in renunciatione.

Renunciatio publicis literis mandabatur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Poſt renunciationem, catechumenis pallium da[…] eſſe, illud quale fuerit, & cur, quandiu[…] dari deſierit.*

## CAP. XXII.

ACcedebat renunciationi alia cæremo[…] nia, quæ Chriſtianæ religionis, & m[…] ſterij plena erat. Cum enim externo aliquo […] gno catechumenos oſtendere deceret, ſe a[…] bus humanis vere animum abduxiſſe, opti[…] conſilio inſtitutum eſt, vt, relicta toga, q[…] dignitatis inſigne erat, pallium, quod ab[…] ctionem, & humilitatem referebat, omnes […] duerent. Huius autem vetuſtiſſimæ conſue[…] dinis præclarum teſtimonium à Tertullia[…] habemus lib. de pall. cap. 5. cum inquit: […] *verò, cum hanc primum ſapientiam veſtit, quæ […] niſſimis ſuperſtitionibus renuit, tunc certiſſime p[…] lium ſuper omnes exuuias, & peplos auguſta v[…] ſuperque omnes apices, & titulos facer ſuggeſtu […] ducit oculos ſuadeo, reuerere habitum, vnius […] erroris tui renunciatorem.* tacite enim a[…] ſuam ad Chriſti fidem traductionem, & p[…] lium, quo, poſt renunciationem, indutus fu[…] rat. Quare paulo poſt Gentilium paroemia[…] refert, qui conuicij loco de Chriſtianis dice[…] ſolebant: *à toga ad pallium*, vt cum cap. 5. au[…] *men inquis: ita à toga ad pallium?* & cap. 6. *H[…] nimirum indignitas, cur de toga ad pallium.* Quod […] conuicij genus abſurdum, & inane videre[…]

Togæ, dignitatis inſigne. Palliũ cur catechumenis daretur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

niſi Chriſtianos pallium detuliſſe, perſuaſiſſimum fuiſſet. & ibidem fere in calce ſuũ Chriſtianæ religionis amplectendæ conſilium laudat, ſeque omnibus cumulatum bonis arbitratur, quod pallium diuinę philoſophiæ argumentum induerit. ſcribit enim; *at ego iam me illi etiam diuinæ ſectæ, ac diſciplinæ commercio confero. Gaude pallium, & exulta: melior iam te philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianum veſtire cœpiſti.* Eandem vero ſententiam confirmat S. Gregorij Nyſſeni authoritas orat. de ſanct. bapt. vbi præclara, & ampliſſima munera, quibus in baptiſmo Deus nos ornat, ex ipſius veſtis mutatione ita proſequitur: *tu enim reuera domine, purus, ac perennis ſons bonitatis es, qui iuſtè nos auerſatus, ac benigne noſtri miſertus es, odio proſecutus, & reconciliatus es: execratus es, & benedixiſti: exuiſti nos foliis ficulneis, indecoro illo tegumento, & circundediſti pallio pretioſo.* Fit quoque mẽtio eius rei in S. Gregorio Nazianzeno orat. 23. dum philoſophum laudans, quod habitu religioni Chriſtianæ minimè congruo, vitam, & mores Chriſtianorum palam profiteretur, hęc habet: *adeſdum virtute dexter, tam quæ in contemplatione, quam quæ in actione verſatur, qui in alieno habitu noſtra profiteris. ac ne in alieno quidem fortaſſe. ſiquidem Angelicũ eſt veſtitus candor, & ſplendor, cum corporea forma pinguntur.* Iam enim perſpici poteſt, à Chriſtianis moribus ſolum in eo diſcrepaſſe, quod albo pallio vteretur, cum noſtrum eſſet, nigrum deferre. Propterea Elias Cretenſis S. Greg. ſententiam egregie aſſecutus, in eum locum ita inquit: *adeſdum, qui no-*

Secta in bonã partem.

*ſtratium Nazareorum, & magiſtrorum* vita
*hoc eſt, continentiam, & religioſam vitam,* acp
*tatem in alieno habitu colis. noſtrum eſt enim* co
*reſecare, ac nigrum, aut fuſcum pallium geſtar*
*nicum autem, comam alere, atque albo palli*
Atque eodem pertinent S. Hieronymi ve
quibus Chriſtianos olim *Græcorum* nom
appellatos eſſe, epiſtol. 10. ad Furian. & 1
Marcel. perſpicue demonſtrat. Siquidem v
riſimile puto, illud nomen ad Chriſtianos
dicandos adhibitum eſſe; quoniam, cum C
ſti fidem amplectebantur, pallium, quod G
corum indumentum erat, accipere ſoleba
ſicut Cęſar Baronius teſtatur ad ann. Chri
Ex qua acceptione facilè intelligi poteſt, p
ter rerum humanarum deſpicientiam, c
illud inditium erat, etiam diuinam philo
phiam ſignificaſſe: quoniam à Græciæ ſapi
tibus ad Chriſtianorum vſum deductum e
ad quod alludens Tertullianus lib. de pall
6. dixit: *Gaude pallium, & exulta: melior iam*
*philoſophia dignata eſt, ex quo Chriſtianum* ve
*cœpiſti.* Et quamuis pleraque horum teſtim
niorum potius Chriſtianos pallio vſos e
quam hoc poſt renunciationem dari ſolitu
ſignificare videantur; tamen ea hoc loco
ferenda exiſtimaui: quoniam ferendi pallij
itiū ab ipſa renunciatione fiebat, quod m
argumentis probare, facile eſt. Primo en
Tertullianus[a] *habitum renunciatorem* appel
uit: vt indicaret, ſe, poſt renunciationem
baptiſmo editam, illud induiſſe. Deinde ſa
ctus Gregorius Nyſſenus orat. de ſanct. bap

Græci nomine cur olim Chriſtiani appellarētur.

Palliū Græcorum erat indumētū.

Pallio cur Chriſtiani vterentur.

Pallij vſus à Græciæ ſapientibus ad Chriſtianos deductus.

a Cap. 5. de pal.

pallij vſum cum benedictione coniunxit, quæ catechiſmi cæremonia erat, ex quo efficitur, vt etiam pallium in ipſa catecheſi datum fuerit. Præterea pallium Chriſtianæ humilitatis, ac modeſtiæ inditium erat: nullibi autem harum exercitationum officia melius exhibebantur, quam in catechiſmo, qui abſtinentiæ, ieiunijs, eleemoſynæ, orationi, omniſque ſalutaris pœnitentiæ diſciplinæ dicatus erat. Demum, ſi alias pallij vſus incœpiſſet, poſt baptiſmum incipere, oportuit: at poſt hunc candida veſtis dabatur; igitur ante baptiſmum datum eſſe, neceſſe eſt. cum vero catecheſin baptiſmum præceſſiſſe non dubitemus; conſequens omnino eſt, vt in eadem catecheſi dari ſolitum fuerit. cum præſertim catechumenos à Gentilibus aliquo habitu diſtinctos fuiſſe, putandum ſit, & pallij vſus Eccleſiaſtica cæremonia eſſet: quam poſt veſtis albæ depoſitionem præſtitam eſſe, ſcriptores nullibi meminerunt. Quamobrem inſtituti mei ratio ſatis explicata eſt: nec quiſquam iure dubitabit, quin pallij vſus ad hunc locum pertineat. Verum, quæ de huius veteris indumenti forma, & qualitatibus dici poſſunt, à nemine melius reperiri poſſe exiſtimo, quam ſi Tertullianum lib. de pal. accuratè perlegerit. Is enim, cum ſæpius à nefariis Idolorum cultoribus conuicio peteretur, eò quòd à toga ad pallium, hoc eſt, ab impia ſuperſtitione ad Chriſtianam religionem tranſiuiſſet, non modò pallij vſum ab antiquis temporibus peti oportere, demõſtrauit: ſed etiã eius formã eleganter expreſsit.

qua de re eius verba audiamus: *in viris*,
Pallij forma quænā eſſet.
cap.1. *pallij extrinſecus habitus, & ipſe qua*
*gulus, ab vtroque laterum regeſtus & ceruic*
*cumſtructus in fibulæ morſu humeris acqui*
Et mox infra cap. 5. *At enim pallio nihil ex*
*tius, etiam ſi duplex, quod Cratetis more n*
*veſtiendo componitur. quippe tota molitio eius*
*eſt ſolutim, ideſt, vno interiectu, licet quidem*
*quam in humano, ita omnia hominis ſimul con*
*Humerum velans exponit, vel includit: cæte*
*in humerum adhæret, nihil circumfulcit, nih*
*cumſtringit, nihil de tabularũ fide laborat, faci*
*regit, facile reficit, etiam cum reponitur, nulli*
*craſtinũ demandatur. ſi quid interulæ ſuperẽſt*
*Zonæ tormentum: ſi quid calceatus induitur,*
*diſsimum opus eſt, aut pedes, nudi magis, aut*
*magis, quam in calceis.* Rurſus cap. 6, de qu
pallij angulis: *omnis*, ait, *liberalitas ſtudi*
*quatuor meis angulis tegitur.* Quæ cum ſatis
manifeſta ſint, nihil ego amplius ad eorum
plicationem adiiciam. Verũtamen, quia m
Palliũ erat nigri coloris, vt indicaret pœnitentiam.
ta idem Tertullianus omiſit, qui ad pallij v
cognoſcendum pertineant, libenter admo
bo, cum nigri coloris extitiſſe; quia pœni
tiæ ratio, cuius cauſa aſſumebatur, ita poſt
bat; & Seuerus Sulpitius de vit. S. Mart.
tur, dicens: *Martinum in veſte hiſpida, nigr*
*pendulo pallio circumtectum*: tum ei pallio,
Pallium catechumenorum ſimile pallio familiæ S. Frãciſci.
familia ſacra ſecundi, & tertij ordinis Sa
Franciſci ſuperinduere ſolet, quam ſimi
mum fuiſſe; quoniam fibula ad collum an
cti ſolitum, atque in humeros ſine zona de
xiſſe, Tertullianus locis iam allatis oſten

Et, ſiquid etiam coniecturæ poſſunt, non deſinam perſuadere, in primis illis pietatis rudimentis, pallij vſum incœpiſſe. Nam, cum etiã illud Hebræi patrio more geſtarent: ſicut in diuinis literis compertum eſt, Deuteron. 22. cum dicitur: *funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallij tui*: 1 Eſdr. 9. *Scidi pallium meum, & tunicam*: Eſth. 8. *& amictus ſerico pallio.* Cantic. 5. *tulerunt pallium meum, cuſtodes*: Eſa. 28. *opertus eſt, quaſi pallio Zeli*: Zachar. 13. *nec operientur pallio ſaccino*: & Matth. 5. *dimitte ei & pallium.* facile adducor, vt credam, Apoſtolos, cum in inculto ſolo magnam ſementem Chriſtianæ religionis facerent, huius indumenti genus Chriſtianis tradidiſſe, pro certo habẽs, ea omnia, quæ fidei non repugnabant, à noſtris hominibus in Eccleſiæ exordio retenta eſſe; vt ſuaue Chriſtum iugum dura dœmonis ſeruitute oppreſſis facilius imponeretur. ſicut de more feſtum, ac ſolennem ſabbati diem læte agitandi, aliiſque Hebræorum ritibus in Diario eccleſiaſtico demonſtrabimus. Idque adeo magis ex Tertulliani authoritate colligitur, qui, cùm ad Apoſtolicis temporibus, paucorum annorũ interuallo disjunctus eſſet, illius conſuetudinis mentionẽ nobis non obſcure reliquit. Cæterum poſtea tantum de veteris diſciplinæ ſeueritate remiſſum eſt, atque ita pœnitentium ſtudium refrixit, vt plerique pallium geſtare deſierint, factumque eſt, vt commune Chriſtianorum indumentum ad ſolos monachos tranſierit, ſicut multa veterum Patrum teſtimonia oſtendunt: Nam &

Pallij vſus incœpit ab Apoſtolis. Pallium in vſu apud Hebræos.

Chriſtiani retinuerũt oẽs ritus Hebrẹorũ, qui fidei non repugnabant.

Sabbati dies in Eccleſia primæua ſolennis erat.

Pallij vſus ad ſolos Monachos tranſiit.

Seuerus Sulpitius hoc indicauit Epiſto.ad
ſul. cum de Monachis, S. Martini fun
mitantibus, diceret: *agebat ante ſe paſtor*
*greges ſuos, ſanctæ illius multitudinis pallid*
*bas, agmina palliata.* Et Saluianus lib. 4.
cleſ. Cathol. virum deſcribens, qui Mona
rum habitu ſordidam vitam tegebat, &
inſita homini fallacia, exiſtimationem,
dem apud credulas hominum mentes
nanciſcebatur, ita inquit: *licet religionem*
*bus ſimules, licet fidem cingulo adſeras, licet*
*tatem pallio mentiaris.* Cui ſimile eſt quod
ſianus Eremita de hab. Monach. lib. 1.
cum formam, & eius myſteria explica
etiam pallij meminit his verbis: *anguſti*
*tam amictus humilitatem, quam vilitatem*
*compendiumque ſectantes, colla pariter, atque*
*ros tegunt, quæ mauortes tam noſtro, quam*
*nuncupantur eloquio, palliata agmina.*

---

*De fidei in baptiſmo profitendæ antiquitate,*
*& figuris.*

## CAP. XXIII.

FVit item mos apud veteres, cum, ſe
monem abdicaturos, religioſa promi
ne obſtrinxiſſent, palliumq; induiſſent,
ſuam ſolēni religione profiteri. quod eti
multis patet veterum ſcriptorum teſtimo
vt nemini dubitare liceat, quin ea conſue

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſemper in Eccleſia retenta fuerit, tamen extitere olim [a] homines perditi ingenij & deſertæ religionis, qui fabulas, & ludibria cum recta fide, ſanctiſque myſteriis permiſcentes, huic piæ, & ſolenni cæremoniæ bellum impium, atque nefarium indixerunt. quorum nos imperitiam, vel potius audaciam refellere, ac retundere aggreſsi, ab Eccleſiæ incunabulis ordiemur. Liber, qui Acta Apoſtolorum inſcribitur, Philippum, & Eunuchum inducit de Chriſto Ieſu interrogantem, & reſpondentem, verum Deum pariter, atque hominem eſſe, duplici in vnam hypoſtaſim coeunte natura, ex æternitate ratione quadam hominibus incognita genitum à ſolo Patre. ſcriptũ eſt enim cap. 8. *Dixit autem Philippus, ſi credis ex toto corde, licet. & reſpondens, ait: credo filium Dei eſſe Ieſum Chriſtum*, &c. S. etiam Petrus, qui Eccleſiæ Chriſtianæ princeps, patens, atque fundator fuit, ad hanc conſuetudinem manifeſte alluſit, cum 1. Pet. 3. diceret: *quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos fecit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed bonæ conſcientiæ interrogatio in Deum.* fit enim ibi mentio interrogationis in Deum; qua voce plerique ſcriptores fidei profeſsionem intelligunt. Et in vita SS. Proceſsi, & Martiniani; quæ habetur in perantiquis Ms. codicibus apud *Surium*, clare intelligimus, ipſos Apoſtolorum coriphæos, Petrum, & Paulum; cum ſparſa in hominum mentibus pietatis, virtutiſq; ſemina ad bonam frugem perducere conarentur, & iam, torpentes ſitu, ac deliciis homines ad ſalutarem

a Vuolffgã, Muſcul. in loc. cõmu. de bapt.

Fidei profitendæ mos à S. Apoſtolis cœpit.

Dei metum, æternæque vitæ cogitatio
excitando, duas egregias animas, Proc
Martiniani Chriſto lucrifeciſſent; Tri
myſteria, Patrem non ab alio exiſtẽtem
cipium principio carens, Filium princ
ex principio, cum generatore ſuo ſine v
fuſione, vna penitus natura coniunct
ab eodem ſine vlla diſtractione, hypoſt
iunctum, & Spiritum ſanctum, ex Patre
lio vno ipſius principio, æternum ex
mirabiliter procedentem, cum vtroque
dem prorſus naturæ communione co
tum, aliumque ab vtroque, expoſuiſſe
inquit, *hora Beatiſsimus Petrus Apoſtolu
cuſtodia Mamertini dixit ad omnes: credit
patrem omnipotentem, & in Dominum
Ieſum Chriſtum filium eius vnigenitum, &
tum ſanctum, & omnia miniſtrabuntur v
omnes abiecerunt ſe ad pedes Apoſtolorum,
tes, vt baptiſmum ab eis perciperent at V
ſimi Apoſtoli orauerunt Deum, orationem
pleta, beatus Petrus in monte Tarpeio ſignum
expreſsit in eadem cuſtodia, atque eadem h
narunt aquæ e monte: baptizatique ſunt be
ceſſus, & Martinianus à beato Petro Apoſt*
loco etſi fidei profeſsio tacetur, tamen
bile eſt, ab eis editam fuiſſe, quia fidei
nam ſecuta eſt abiectio ad pedes, quæ
Apoſtolicę conſtitutiones nu. à S. Clemẽte ſcriptæ ſunt. ſionis, & profeſſionis indicium videtur.
Apoſtolorum teſtimoniis, & exemplis
ſionem ſumpſit ſiue Clemens, ſiue quis
eorum conſtitutionibus præcipiendi, v
Chriſtianis myſteriis initiandi ſunt, ſ

profeſſione ſe ipſos Domino noſtro deuouëant. ſicut lib. 7. cap. 42. ſcribitur: *poſt renunciationem vero, cum aſcribitur Chriſto, dicat; aſcribor, & credo, & baptizor in vnum ingenitum ſolum verum Deum omnipotentem, Patrem Chriſti, conditorem, & opificem omnium, ex quo omnia, & in Dominum Ieſum Chriſtum vnigenitum eius filium* &c. Multi etiam Patres hanc conſuetudinem literarum monumentis tradiderunt. eſt enim apud S. Dionyſium Areopagitam lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 2. in hunc modum: *ipſum ad Orientem transfert, intuentemque in cœlum, & manus tendentem iubet Chriſto aſſentiri, omnibuſque ſacris verbis, quæ à Deo tradita ſunt. quod cum fecit, tum ei rurſus profeſſionem ter explicat, idemque poſteaquam ter rurſus profeſſus eſt, rurſus ille, cum precatus eſt, benedicit, manuſque imponit*, S. etiam Calixtus Papa Conſuli Palmatio, qui à fœda, flagitioſaque vita reuocatus, Chriſtum induere cupiebat, inter alias veteris Eccleſiæ cæremonias, hanc quoque præſcripſit, vt Chriſtianam pietatem, ac fidem ſacramento profiteretur. de quo in vita eius Ms. Laurentius Surius ita teſtatur: *repoſito in peluim Palmatio, dixit: credis ex toto corde in Deum Patrem omnipotentem, factorem omnium viſibilium, & inuiſibilium? reſpondit Palmatius: credo. deinde Epiſcopus: & in Ieſum Chriſtum filium eius? & ait: credo. iterum ait Epiſcopus: qui natus es de Spiritu ſancto ex Maria Virgine? Palmatius reſpondit: credo. ait Epiſcopus: & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam catholicam, remiſſionem peccatorum, & carnis reſurrectionem? & exclamauit cum lachrymis Pal-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*matius, dicens: credo Domine,* &c. Quibus v…
ſimilia ſunt, quæ S. Baſilius lib. 3. ad Eun…
breuiter proſequitur; *credere prius oportet, &…*
*ſtea baptiſmate conſignari.* atque eandem ſen…
tiam ſignificare videtur B. Ephrem illa or…
qui cum lib. de pœnitent. cap. 5. in bapti…
cæremonias incidiſſet, S. Pauli locum me…
nens, *teſtatur,* inquit, *baptizandos ſuam fidem…*
*ram multis teſtibus profeſſos,* &c. Præterea S. H…
ronymus dial. aduerſ. Luciferian. vbi Eccle…
cæremonias referret, eam profeſsionis pa…
quæ ad ſanctiſsimam Ieſu Christi ſponſam…
parentem noſtram Eccleſiam pertinent, …
verbis exponit: *cum ſolenne ſit, poſt Trinitatis…*
*feſsionem, interrogare: credis ſanctam Eccleſiam…*
*dis remiſsionem peccatorum? quam Eccleſiam…*
*didiſſe eum dicis?* Denique hæc omnium ſc…
torum communis vox eſt, atq; ſententia T…
tulliani lib. de pudicit. cap. 9. & lib. de bapt…
6. Cypriani Epiſt. 70. ad Ianua. & Epiſt. 76…
Magn. Conſtantini in Edict. ad Syluest. Gr…
Naziázeni orat. 40. in ſanc. Lauac. Cyrilli H…
roſolym. catech. 1. & 2. Myſtagog. Ambro…
2. de Sacram. cap. 7. lib. 7. de fide ad Grat. &…
de Spiritu ſanc. c. 11. Epiphanij in Ancor. H…
ronymi ad cap. 6. Amos, Auguſtini lib. 8. co…
feſſ. & lib. 2. de ſymb. cap. 1. Cyrilli Alexand…
ni lib. 12. in Ioan. cap. 64. Saluiani Maſſilien…
ſis lib. 6. de prouident. Gregorij Turon. lib…
hiſtor. ca. 11. Concilij Bracarenſis 2. cap. 1. Con…
cilij Toletani 11. can. 78. Bedæ lib. ſup. Thob. …
in quæſtion. ſup. cap. 16. lib. 4. Reg. Eliæ Cre…
tenſis in orat. 4. S. Greg. Naz. Nicetæ Serron…

in orat. 40. eiuſdem Gregor. & aliorum plurium, quorum verba ſi colligere cœpero, perficiam illud quidem, vt ſe omnibus tradat cognoſcendam profeſsionis antiquitas; ſed paginæ me deficient, &, vt apud Ciceronem iudex quidam dicere ſolitus eſt, cum teſtes teſtibus adderentur, aut hoc teſtium ſatis eſſe, aut neſcire quid ſatis eſſet: ſic à me ſatis authoritatum eſt allatũ. quid enim ſ? [a] Gregorius Magnus, [b] Seuerus Alexandrinus, [c] Ordo Romanus, [d] Albinus Flaccus, & quotquot baptiſmi cæremonias mandauere literis, fideinè profeſſionem omiſerunt? in promptu ſunt cum ipſi, tum Eccleſiæ Mediolanenſis, & Romanæ ſacri codices, quos ſi legeris, veterem conſuetudinem vſque ad noſtra tempora deductam eſſe, reperies. quod monere volui, vt dubium nemini eſſe poſsit, eam in omne æuum duraturam inſtituta enim eſt à Chriſto, cuius præceptiones nulla Eccleſia rectè ſentiens vnquam reſpuerit. quare dicebat Beda ſup. Thob. 8. *Dominus accepturus Eccleſiam de gentibus, in primo diſpenſationis eius initio iubet eam in ſingulis credentibus abrenũciare Satanæ, & omnibus operibus eius, etiam omnibus pompis eius: ac deinde confiteri fidem ſanctæ Trinitatis in remiſsionem peccatorum, quod eſt intima piſcis viſcera viuis concremare carbonibus, quibus actis, angelus apprehendens dæmonem ligauit: quia poſt abrenunciationem diaboli, poſt confeſſionem rectæ fidei, ſequitur remiſsio peccatorum, expulſio dæmonio per aquam baptiſmi.* Cuius hoc dicto admoneor, vt Thobiæ piſcem, candente aduſtum carbone, profeſsionis typum

a Lib. ſacram.
b de bapt.
c De die Sabb. S.
d Li. de diuin offic. cap. 19.

Fidei profeſſio à Chriſto inſtituta.

Profeſſionis fidei duplex figura.

geſſiſſe, exiſtimem. Quamquam magi
preſſam huius rei figuram, & imaginem
Naaman Syrio licet intueri, qui, poſt lepra
rationem, ſolius Dei obſequio ſe mancip
dicitur, vt eſt apud eundem Bedam q. ſup.
lib. 4. Reg. *Naaman ille Syrus ſepties lauare,*
*tur quia nimirum ſolum baptiſmi genus, qu*
*Spiritu ſancto regenerat, ſaluat. Vnde iurecar*
*poſt lauacrum velut caro pueri parui apparuiſ*
*moratur, ſiue quia cunctos in Chriſto baptizat*
*vnam parit gratia mater infantiam: ſeu magi*
*ſit intelligendus puer, de quo dictum eſt: paruulu*
*tus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cuius corpu*
*baptiſmum tota credentium ſoboles adunatur*
*cuncta hic baptiſmi ſcires ſacramenta permoſt*
*in quo abrenunciare Satanæ, fidem confiteri p*
*mur, negat ſe Naaman vltra Diis alienis litatu*
*ſoli per omnia Domino ſeruiturus.*

---

*Fidei profeſſionem catechiſmi tempore, & p*
*nunciationem editam fuiſſe, vbi*
*pauca de loco.*

## CAP. XXIV.

QVando autem veræ Chriſti militiæ ſa
mento ſe obligarent, magna quæſtio
ſed explorata ſi ſint ea, quę de catechiſmi te
pore, accuratè à nobis dicta ſunt, ſint hæc q
quærimus, faciliora, pendet .n. tota hæc q

eo tempore, quo in catechumenorum cœtum cooptabantur; quoniam catechiſmi pars, & cæremonia erat. quemadmodùm ex multis ſcriptoribus intelligere eſt, præcipuè S. Auguſtino lib. 2. de fid. ad catechum. cap. 1. vbi, cùm eos ab impura, & flagitioſa vita ad caſtum Dei timorem, ſtudiumque virtutis excitaret, *videte, inquit, dilectiſsimi, quia hanc profeſsionem veſtram in curiam profertis angelorum, nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ, non à quolibet homine, ſed à ſuperiore cœlitus poteſtate. optimi iam tyrones Dei*, &c. Nemo autem ignorat, eum locum pertinere ad eos, qui primò in catechumenorum ordinem legebantur; ſi quis ſeriem rerum, & conſequentiam conſiderare velit.

Profeſsio fidei erat catechiſmi cæremonia.

Verùm de profitendæ fidei tempore explicatiùs vt aliquid dicamus, videtur ea cæremonia dœmonis eiurationem ſecuta eſſe: idque cùm coniectura probabile eſt, tùm quibuſdam etiam teſtimonij indicatur. quis eſt enim, qui neſciat, tenebris expulſis, lucem conſequi? quis non videt, vt virtutem aſſequaris, à vitio declinandùm eſſe? quis credat, Deo nomina poſſe profiteri, qui dœmonis conſuetudinem, & amicitiam non diſſecuit? Et de coniectura quidem iſta. teſtimonia autem ſcriptorum quamquam multa colligi poſſunt, paucis tamen vtemur; quoniam de re manifeſta diſputatio inſtituitur. præclarè ſanè S. Cyrillus Alexandrinus, cùm de baptiſmi ritibus loqueretur, lib. 7. cont. Iulian. ſcripſit: *vbi depoſuerimus tenebras à mente noſtra, & dæmoniorum turbis valedixerimus, omnemque ipſorum pompam, &*

Profeſsio fiebat poſt renunciationem.

*cultum prudentiſſimè reſpuerimus, confitemur ſ*
*in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum.*
Saluianus Maſsilienſis lib. 6. de prouiden
dem tractans, argumentum, poſteaquam
lennem renunciationis morem explicauit,
fidei profeſſione ità ſubdit: *Abrenuncio*
*inquis, diabolo, pompis, ſpectaculis, & operibus*
*Et quid poſtea? Credo, inquis, in Deum Pat*
*& Ieſum Chriſtum filium eius. ergo primùm re*
*ciatur diabolo, vt credatur Deo; quia, qui no*
*nunciat diabolo, non credit Deo; & ideo, qui re*
*titur ad Diabolum, relinquit Deum.* Atque
idem etiam Seuerus Alexandrinus decla
qui lib. de bapt. ait: *poſtquàm autem abrenun*
*uerunt, conuertit eos ſacerdos ad Orientem, &*
*tribus vicibus: conſentio tibi Chriſte Deus ep*
Vt propterea ſapientiſsimè in Ordine Ro
no præceptum ſit, abſoluta renunciatione
profeſsionis verba ſubijciantur: *inprimis*
quit ille) *inuocato nomine infantis, presbyter*
*Abrenuncias Satanæ?* Reſp. *Abrenuncio.*
*omnibus operibus eius?* Reſp. *Abrenuncio.*
*omnibus pompis eius? Abrenuncio. Deinde*
*credis in Deum Patrem omnipotentem, creat*
*cœli, & terræ?* Reſp. *Credo,* &c. Quem
nem nunc omnes Eccleſiæ ſeruant. Nec
quicquam aliud afferri poteſt, cur ea, quæ
de profeſsionis tempore, falſa videri poſ
niſi quod multi ſcriptores, S. Ambroſius
de ſacr. c. 7. Author vitæ S. Remigij Rhe
rum Archiepiſcopi apud Surium, & Grego
Turonenſis lib. 5. hiſtor. cap. 11. ſignificare
dentur, baptiſmi die fidei profeſsionem

catam fuiſſe. quid enim baptiſmi dies cum ipſius catecheſis primordio? rectè omnino: ſed non nunc id agitur, edita, necnè edita ſit, baptiſmi tempore, fidei profeſsio: id quæritur, quo primùm tempore edi inciperet. Fateor autem, fidei profeſsionem baptiſmi die repeti ſolitam eſſe: quod locis citatis Patrum teſtimonia innuerunt. ſed hoc poſito, adhuc reſtat, eiuſdem profeſsionis formam catecheſis tempore fuiſſe conceptam. Sed tempori, de quo ſatis eſt diſputatum, finitimus eſt locus, de quo pauca ea dicenda ſunt. Erat enim locus rei, quæ agebatur, maximè accommodatus, is nimirum, ex quo doctrinæ ſacræ alimenta fidelibus præbebantur. quod cùm in omnibus baptizandis ſeruari ſolebat: tùm præcipuè in ijs, qui dignitate, doctrina, vel alia re quapiam cæteris anteibant: vt ſacræ profeſsionis verba in audientium aures commodiùs demitterentur. eius rei teſtimonium, & exemplum videre poſſumus apud S. Auguſtinum lib. 8. confeſſion. vbi narrat, Victorinum quendam, cuius virtutem difficilima tempora exercuerunt pariter, & illuſtrarunt, cùm in Ieſu Chriſti poteſtatem, atquè obedientiam redigeretur, in loco edito ſolennem, ac legitimam fidei profeſsionem edidiſſe. ait enim: *Vbi imbutus eſt primis inſtructionum ſacramentis, non multò pôſt etiam nomen dedit, Vt per baptiſmum regeneraretur. denique, vt ventum eſt ad horam profitende fidei, quæ verbis certis conceptis, retentiſque memoriter de loco eminentiori in conſpectu populi fidelis Romæ reddi ſolet ab ijs, qui acceſſuri ſunt*

Fidei profeſſio die baptiſmi repetebatur.

Profeſsio de ſuggeſtu edebatur.

*ad gratiam tuam, oblatum eſſe dicebat Victori*
*presbyteris, vt ſecretius redderet, ſicut nonnulli*
*verecundia trepidaturi videbantur, offerri mo*
*illum autem maluiſſe ſalutem ſuam in conſpectu*
*ctæ multitudinis profiteri. itaque vbi aſcendit*
*redderet, omnes ſibimet inuicem quiſque, vt*
*nouerat, inſtrepuerunt nomen eius ſtrepitu congr*
*lationis, &c.*

---

*Forma profeßionis fidei qua lingua concipi,*
*rumue rerum axplicationem continere, u*
*quoties iterari ſoleret.*

## CAP. XXV.

Profeſsionis forma latinis verbis concipiebatur.

VIdeamus nunc, quæ ad formam p
tendæ fidei pertinent. perſpicuum
autem primò, ab omnibus, qui Eccleſiæ
manæ conſuetudinem ſequebantur, la
verbis conceptam eſſe: vt eſt apud Ordi
Romanum tit. de denunciat. ſcrutin. ad e
his verbis: *interrogat eum presbyter latinè,*
*nens manum acolythus ſuper caput infantis,*
*ſymbolum latinè decantando his verbis: Credo*
*num Deum Patrem omnipotentē, factorem cæli*
Secundò, abſtruſiſsima Trinitatis myſteria
quæ ad Eccleſiam, omnium matrem, ac
ſtram, baptiſmi gratiæ mortiferis ſceler
amiſſæ redemptionem, & fœlicitatem
nam bonis omnibus cumulatam pertineb
accuratè in ea explicata fuiſſe. de quo m
ſcriptores mentionem fecerunt; S. Cypri

In profeſſione quarum rerum myſteria explicarentur.

Epiſt. 70. ad Ianuar. *cùm dicimus: credis in vitam æternam, & remiſsionem peccatorum per ſanctam Eccleſiam? intelligimus remiſsionem peccatorum non niſi in Eccleſia dari.* S. Hieronymus cont. Luciferian. *cùm ſolenne ſit in lauacro poſt Trinitatis confeſsionem interrogare; credis in ſanctam Eccleſiam, credis remiſsionem peccatorum? in quam Eccleſiam credidiſſe eum dicit?* & Ordo Romanus tit. de die Sabb. S. *interrogat Pontifex: credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli, & terræ?* Reſp. *Credo. Item: credis & in Ieſum Chriſtum filium eius Vnicum Dominum noſtrum, natum, & paſſum?* Reſp. *Credo. Item: credis & in Spiritum ſanctum, ſanctam Eccleſiam catholicam, ſanctorum comunionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam?* Reſp. *Credo.* Quæ authoritas ampliùs demonſtrat, ab ijs, qui fidei profeſſionem edebant, exigi ſolitum eſſe, num genus humanum extremo voluentium ſæculorum die in vitam reuocatum iri, crederent. Atquè huius conſuetudinis aliud teſtimonium S. Ioannes Chryſoſtomus ſuppeditat orat. 40. in cap. 15. prioris ad Corinth. vbi contra Marcionis ſectatores probare aggreſſus, fore, vt animæ vita functæ rurſus corpora induant, ſic ait: *Vobis primùm, qui myſterijs initiati, volo in memoriam reuocare eam dictionem, quam in illa veſpera iubent nos dicere, qui myſterio initiant. nam poſt myſticorum illorum, & terribilium verborum enunciationem, & horrendas regulas dogmatum, quæ è cœlo ſunt demiſſa, hoc quoquè in finè addimus, quando ſumus baptizandi, iubentes dicere, credo in reſurrectionem mortuorum,*

In fidei profeſsione mortuorum reſurrectionis ſingularis mētio fiebat.

*& in hac fide baptiZamur. poſtquam enim* [cut off] *feſsi ſumus cum alijs, tunc demittimur in* [cut off] *ſacrorum illorum fluentorum. hoc ergo in* [cut off] *reuocans dicebat Paulus, ſi non eſt reſurrectio,* [cut off] *tiZaris pro mortuis? propter hoc enim bapti*[cut off] *mortui corporis credens reſurrectionem, nemp*[cut off] *non maneat mortuum.* Tertiò tribus vicibu[cut off] ri ſolitam eſſe. quod quamquam dubita[cut off] nem non habet (eſt enim communis omn[cut off] opinio, conuinciturque veterum [a] ſcriptor[cut off] teſtimonijs ſic, vt, contra ſi quis dicere[cut off] non audiatur) tamen, ne quid prætermi[cut off] mus, rationes quoquè, cur hoc ita eſſet, a[cut off] tendas puto: quarum prima eſt, vt tres di[cut off] naturæ perſonas indicarent; altera, vt tri[cut off] cem maculam, qua quis animæ ſplendor[cut off] infecerat, ore, corde, & actione, trina co[cut off] ſio aboleret. Vtramque verò Sanc. Ambro[cut off] apertè ſignificauit: vt cùm lib. de Spir. [cut off] cap. 11. ſcripſit: *in myſterijs interrogatio tri*[cut off] *fertur: & non confirmatio trina celebratur. non* [cut off] *poteſt quis niſi trina confeſsione purgari.* & lib. [cut off] ſacram. cap. 7. *tertiò interrogatus es: credis,* [cut off] *Spiritum ſanctum? dixiſti, credo, vt multi*[cut off] *lapſum ſuperioris ætatis abſolueret trina con*[cut off]

Profeſſionis forma tribus vicibus repetebitur.

a Dionyſ. Areopag. de Eccleſ. Hierarch. cap de bap. & Ord. Roman. tit. de die Sabbat. S.

Cur profeſsionis forma ter conciperetur.

Nec dubium eſt, quin Eccleſia eam conſu[cut off] dinem ex S. Petri exemplo deſumpſerit, [cut off] ter interrogatus, an Chriſtum diligeret, tri[cut off] reſponſione affirmauit. extat ſiquidem e[cut off] dem S. Ambroſij eodem lib. 2. de ſacram. c[cut off] 7. illa vox: *vt nobis afferatur exemplum, ſan*[cut off] *Apoſtolus Petrus, poſteaquàm in paſsione Do*[cut off] *lapſus videtur infirmitate conditionis humanæ,* [cut off]

Profeſſionis fidei ter edendæ mos à S. Petro deſumptus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*antea negauerat, poſteà, vt illum lapſum aboleret, & ſolueret, tertio interrogatus à Chriſto, ſi Chriſtum amaret, tunc ille dixit, tu noſti Domine, quia amo te; tertiò dixit, vt tertiò abſolueretur. ſicut ergo peccatum dimittit Pater, ſic dimittit filius, ſic & Spiritus ſanctus.* & S. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. cap. 64. cùm hanc triplicem Chriſti interrogationem, & Petri reſponſum retuliſſet, *hinc,* ait *Eccleſia regulam tertio interrogandi eos accepit, qui ad baptiſmum accedunt, vt terna Chriſti confeſſione fidelibus adnumerentur.*

---

*Profitentes ad Orientem ſolem ſpectaſſe.*

## CAP. XXVI.

DE modo autem profitendæ fidei, & corporis geſtibus, quos exprimebant, tam multa veterum monumentis tradita ſunt, vt merito liber impleri poſſet; ſed nos, qui breuitati ſtudemus, paucis erimus contenti. Principio quidem ad Orientem ſolem ſpectabant: quemadmodum veterum ſcriptorum lectione compertum eſt. memini enim verborum illorum, quæ S. Dionyſius Areopagita, cum profitentium ritus enumeraret, lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 2. ſcripſit: *ipſum ad Orientem transfert.* nec excidit præclarà S. Gregorij Nazianzeni authoritas, quam orat. 40. in ſan. bapt. nobis reliquit: *ad occaſum inuerſus, Satanam abiurabis: rurſuſque ad ortum tete conuertens,*

Profitẽtes, ad Orientem ſolẽ ſpectabant

*Deum confiteberis.* Quin apud S. Hieronym
ad cap. 6. Amos idem comperi; vbi de
conſuetudine ſic inquit: *in myſterijs primum*
*nunciamus ei, qui in Occidente eſt, nobiſque m*
*cum peccatis; & ſic verſi ad Orientem, pactum*
*mus cum ſole iuſtitiæ, & ei nos ſeruituros e*
*mittimus.* Quibus teſtimonijs ſi quis ali
peraddere velit; Græcorum, & Latino
monumenta peruoluat: inprimis Seueri
lexandrini lib. de baptiſm. vbi hæc habet
*quam autem abrenunciauerit, conuertit eos ad O*
*tem, & ait tribus vicibus, conſentio tibi Chriſte*
Et Eliæ Cretenſis, qui in orat. 19. S. Greg. N
zianzeni de baptiſmali renunciatione, & p
feſsione verba faciens, illam verſus ſolem
cidentem, hanc verſus orientem editam
teſtatur; cùm ait: *qui diuinam natiuitatem,*
*ſpiritualem regenerationem conſecuturi ſunt,*
*corpore ſtantes, & nunc ad Occidentem, nunc*
*rientem ſe ſe conuertentes, atquè aduerſario quid*
*ipſiuſquè operibus renunciantes, ad Chriſtum,*
*Chriſtianam vitam ſe adiungunt;* ac demum o
nium, qui, poſt ſolennem renunciation
baptizandos ad Orientem ſolem ſpectaſſe
minerunt. inter quos S. Ambroſius lib. de
qui myſter. initiant. cap. 2. fideles ad freq
tem recordationem eius ſponſionis, qua
Deo obligarunt, cùm baptiſmo initiati fu
his ferè verbis hortatur: *repete, quid interr*
*ſis, recognoſce, quid reſponderis: renunciaſti dia*
*& operibus eius, mundo, ac luxuriæ eius, ac vo*
*tatibus. ingreſſus igitur, vt aduerſarium tuum*
*neres, cui renunciandum mox putares, ad Orient*
*conuer*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*conuerteris. qui enim renunciat diabolo, ad Chriſtum conuertitur: illum directo cernit obtutu.* nam, cum baptiſmalem renunciationem fidei profeſſio ſubſequeretur: ex quo renunciatione abſoluta, baptizandos ad Solem orientem ſpectaſſe, conſtat: eoſdem quoque in eandem regionem intuentes, ſolennia profeſſionis verba concepiſſe, putare debemus. cuius conſuetudinis cauſam varij variam afferre poſſunt: ego SS. Dionyſium, Ambroſium, & Hieronymum ſecutus, ex eo natam arbitror, quod Deus optimus rerum parens, & rector, cuius veræ militiæ in fidei profeſſione nos obligamus, orienti ſoli comparatur: cum ſit ipſe clariſsima, & immenſa [a] lux, omnia ſuæ bonitatis, & prouidentiæ radio complens, quem nemo hominum hac vita fruens vnquam vidit: quoniam ſicut ſolem nemo intueri poteſt aduerſum, eiuſque radijs acies hominum, ſenſuſque vincitur, ſic illum, qui in hoc cœli, terræque pulcherrimo ornatu ab ipſo deſcripto contuetur, minus aperte videt, qui vero propius in hypoſtaſis cuiuſque proprietatem, & omnium inter ſe coniunctionem, & ſocietatem mentis aciem intendit, quò magis accedit, eò minus ferre poteſt. Quare ex ea corporis conſtitutione fideles admonebantur, vt omnem ſuam curam, & cogitationem in Deo defigerent: vitiaque, & peccata, quorum eſt ſumma fœditas, & turpitudo, perpetuo aduerſarentur. S. enim Dionyſius, quem ante authorem citaui, lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 2. ita ſcribit: *nudum eum, nudiſque pedibus collocat occaſum aſpicien-*

Cauſa profitēdæ fidei verſus Orientem.

a Dionyſ. de diuin. nom. c. 4.

*tem, manuumq; depulſione obſcuri vitij comm*
*conſuetudinemque reſpuentem, & ſibi inſtan*
*militudinis ſtatum quaſi exſufflantem, pr*
*que nuncium remittere ei, qui Deo eſt contra*
*exutum, priuatumque omni communione, u*
*te, ad Orientem ſolem conuertit, ita vt eius*
*lumine ſtatum, & manſionem, repudiatam*
*omnino, ac declinationem vitiorum omnium*
Quæ, ſi recte conſideremus, de fidei pro
ne dicta eſſe, conſtabit; quoniam bap
renunciationi, cuius ante mentio eſt,
opponitur. S. autem Ambroſius loco ſu
tato, nos ad Chriſtum conuerti, atque
tam, mores, & actiones cum ad conte
dum, tum ad imitandum nobis propon
ficare videtur his verbis: *ad Orientem conu*
*qui enim renunciat Diabolo, ad Chriſtum co*
*tur, illum directo cernit obtutu.* Et S. Hiero
in cap. 6. Amos, in fidei profeſsione cu
iuſtitiæ fœdus ſanciri, tradit: quod eſt, C
veri luminis largitori in liberam ſeru
addici. eius verba hæc ſunt: *Verſi ad Ori*
*pactum inimus cum ſole iuſtitiæ, & ei ſeruit*
*eſſe promittimus.* Sed altera quoque ratio
dit, quare fidei profeſſionem edituri, a
Orientis regionem oculos dirigerent;
pe fœlicisſimam orbis ſedem, quam D
Oriente conſtituit, ex qua primus pare
princeps humani generis, propter capi
men, turpiter expulſus fuit, poſt bapti
cramentum, ſibi patere intelligerent.
quo apud Cyrillum Hieroſolymitanu
tech. 1. myſtagog. ſic legimus: *cum*

Altera cauſa fidei verſus Orientem profitenda.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tane renuntiaueris, & omne cum illo pactum reſ-ciderìs, aperitur tibi paradyſus Dei, quem ipſe ad O-rientem plantauit: vnde propter mandati violatio-nem primus parens noſter pulſus eſt in exilium, & huiusrei ſymbolum eſt, cum ab occaſu conuerteris ad ortum, qui lucis eſt locus.* cuius argumenti vim vt optimè percipias, repetere oportet, quod antè monuimus, poſt ſolennem renunciationem, ſtatim fidei profeſsionem edi conſueuiſſe. Ve-rum illud prætereà ex citata authoritate colli-gimus, fidem profeſſuros, ad Orientis ſolis re-gionem ab aliis verſos fuiſſe. quod verbum *conuerteris*, in paſsiua (vt grammatici loquun-tur) ſignificatione adhibitum, clarè demon-ſtrat. Atquè eadem loquendi formula vſi ſunt non modo S. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 2. *ipſum ad Orientem transfert*: & paulo poſt: *ad Orientem Solem con-uertit*: ſed etiam S. Ambroſius lib. de iis, qui myſteriis initiantur cap. 2. cum ait: *ad Orien-tem conuerteris*: S. Hieronymus ad cap. 6. A-mos: *verſi ad Orientem*: & Seuerus Alexandri-nus lib. de baptiſm. *conuertit eos ad Orientem*. Vt vel hinc colligere poſsis, omnium ſcri-ptorum eandem eſſe vocem, atque ſenten-tiam. quorum tamen quia nemo rationem afferre viſus eſt: nos, qui omnia perſequi pro-poſuimus, ex humanæ naturæ imbecillitate, quæ ſua vi ab impio miniſterio ad Dei famu-latum venire non poteſt, profectam eſſe, ar-bitramur. & eius rei coniecturam facimus: quod ſimili ratione, qui Idolorum ſuper-ſtitione abiecta Dei religionem ſuſcepturi,

Fidem pro-feſſuri, ad Orientem ſolem ab a-liis verte-bantur.

Cur fidem profeſſuri ab aliis ver-terentur.

ad Epiſcopum accedebant, ab alijs duce-
tur: & multa alia in baptiſmi ſacramento
uata reperies, quæ noſtram coniecturam v
ſimilem efficiant. Quòd ſi quandoque
occurrunt, quæ ſignificare videantur,
profeſſionem edituros, ad ſolem Orien
ſeipſis verſos fuiſſe: vt cùm legimus ap
Gregorium Nazianzenum orat. 40 in
bapt. *ad ortum tete conuertens;* & Eliam Cre
ſem in orat. 19. S. Gregorij Nazianzeni:
*ad Occidentem, nunc ad Orientem ſeſe conuer*
ea ſic explicare oportet, vt intelligamus,
tos ſcriptores ſolùm ad Orientem profe
fidei conſuetudinem ſignificaſſe, nihil p
habentes, an ſeipſis, an verò aliorum ope
eam regionem ſpectarent: cùm neutra co
ris conſtitutio ad rem ſuam pertineret. S
Elias Cretenſis ſibi parum conſtanter, co
nienterque locutus videretur: cum in ora
eiuſdem S. Gregorij aduerſ. Iulian. om
contrarium ſignificet illis verbis: *cum ad*
*traducit.* Vel certe peculiaris eius loci, in
S. Gregorius Epiſcopi munere fungeb
conſuetudo fuit. Vel, ſi hoc non eſt, er
cum credimus, quod diuerſorum tempo
diuerſæ conſuetudines fuere. Atque
potuit, aut conuerſio ad Orientem, q
Dionyſij tempore apud Græcos aliorum
ſterio fiebat, poſtmodum S. Gregorij Na
zeni ætate ſine alterius ope ibidem effi
tũr. Quod eo etiam veriſimilius eſt: quo
Aethiopes Chriſtiani, veterũ Græcorum
tatores, eandem conſuetudinem retine

in ordine baptiſmi ſecundum vſum ipſorum ſcriptum eſt: *profitentes vertunt faciem ad Orientem.* Ex quibus conſtat, fidei ad Orientem profitendæ conſuetudinem adhuc in Aethiopia vigere. Atque hæc de primo corporis geſtu, quo fidei profeſsio exprimebatur, dicta ſint.

Mos fidei ad Orientem profitendæ durat in Aethiopia.

---

*Fidem profeſſuros in cœlum ſuſpexiſſe, ac manus dextras in altum erexiſſe: profeſſionem publice, & alta voce fieri ſolitam: teſtes in ea adhibitos: iusjurandum additum: eam quoque in tabulas relatam, & profitentis, vel alterius manu ſubſcriptam: ac demum anulo obſignatam: eorumque omnium rationes allatæ.*

## CAP. XXVII.

POſtea defixis in cœlum oculis, manus dextras in altum erigebant: vt, ſibi ad beatum illum, ac plenum ſtellarum locum magnis itineribus properandum eſſe, intelligerent, quod cum S. Dionyſij Areopagitæ teſtimonium declarat. lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. vbi in eo argumento verſatur: *ipſum ad Orientem transfert, intuentemque in cœlum, & manus tendentem iubet Chriſto aſſentiri:* tum Eliæ Cretenſis authoritas confirmat in orat. S. Gregor. Nazianz. aduerſ. Iulian. *eum ad ortum traducit, atque in cœlum ſuſpicientem, ac manus exporrigentem, ad Chriſtum vt ſe adiungat, omneſque diuinitus traditos ſacros ſermones amplectatur, iubet.* & adhuc in Aethiopia Eccleſia inuiolate ſeruatur; de

Fidei profi tendæ manus in altũ erecta mo in Aethiopia dura[?].

Profeſsio fidei cur publice, & alta voce fieret.

qua Ordo baptiſmi ſecundum vſum [...]
ait: *profitentes vertunt faciem ad Orientem, &* [...]
*gunt manus dextras.* Hæc autem profeſsio [...]
licè, & alta voce fiebat, vt ab omnibus [...]
ri poſſet. tradit enim S. Auguſtinus, Victo[...]
magna apud omnes exiſtimatione, cum C[...]
ſtianis ſacris imbueretur, maluiſſe fidem [...]
de ſuggeſtu palam profiteri, quam verec[...]
impeditũ, fructu carere profeſsionis: [...]
8. confeſsion. ſcriptum eſt; *oblatum eſſe* [...]
*Victorino à presbyteris, vt ſecretius redderet,* [...]
*nullis, qui verecundia trepidaturi videbantur,* [...]
*mos erat: illum autem maluiſſe ſalutem ſuam* [...]
*ſpectu ſanctæ multitudinis profiteri.* Et Con[...]
tinus Imperator, quẽ Eccleſiæ catholicæ [...]
obſeruaſſe. certiſsimũ eſt, antequam ſacr[...]
te renaſceretur, coram omni populo in C[...]
verba iurauit: ſcribente eodem in edict[...]
ueſt. *Credere me in Deum patrem omnipotẽtem,* [...]
*Spontanea volũtate coram omni populo profiteor.* [...]

Teſtes in fidei profeſsione adhibebantur.

a ad Timoth. 6.

Teſtes quoque adhiberi ſolitos eſſe, & ill[...]
Pauli teſtimoniũ oſtendit: [a] *confeſſus bonam* [...]
*feſsionem coram multis teſtibus*: & illa expli[...]
declarat, quam B. Ephrem attulit lib. de p[...]
cap. 5. *teſtatur, baptizandos ſuam fidem coram* [...]
*tis teſtibus profeſſam eſſe.* cuiuius confirmatio[...]
à Leone I. petere poſſumus ſerm. 4. de N[...]
dom cap. 4. vbi fideles hortatur, vt ab e[...]
quam in baptiſmo coram multis teſtibus [...]
lenniter profeſsi ſunt, nunquam deſc[...]
*permanete* (inquit) *ſtabiles in fide, quam* [...]
*eſtis coram multis teſtibus, & in qua renati* [...]
*quam, & Spiritum ſanctum, accepiſtis chriſma* [...]

*latis, & ſignaculum vitæ æternæ.* Addere vero etiam teſtem antiquiorem poſſumus Conſtantinum Imperatorem, qui in edict. ad Sylueſt. de ſua fidei profeſsione *coram*, inquit, *omni populo profeſſus ſum, me credere in Deum Patrem*, &c. nam verba, *coram omni populo*, ad teſtium conſuetudinem demonſtrandam pertinere, nemo dubitabit: ſi non modo textus ſeriem intuebitur: ſed etiam eius multitudinis adhibendæ cauſam conſiderauerit: quæ eo potiſsimum ferebatur, vt, ſicut multos ſuæ impietatis conſcios habuerat, ſic religionis, & fidei teſtes intereſſent. Nec ſanè obſcurum eius moris teſtimonium Primaſius ad cap. 6. prior. ad Timoth. ſuppeditat, dum explicans verba, *confeſſus es bonam confeſsionem coram multis teſtibus*, addit, *in baptiſmo*. Quo fit, vt nemini dubium eſſe poſsit, quin in fidei profeſsione teſtes adhiberi conſuenerint.

Iusiurandum fidei profeſsioni additum.

Præterea, vt profeſsionis veritas clarius eluceret, iusjurandi religionem in ea interponebant. ex qua conſuetudine profectum eſt illud, quod S. Hilarius habet can. 15. in Matth. *Venturi ad baptiſmum prius confitentur, credere ſe in Dei Filio, & in paſsione, ac reſurrectione eius, & huic profeſsioni ſacramento fides redditur.* Vbi *ſacramenti* nomine non ſacramentum, hoc eſt, rei ſacræ ſignum, ſed iuramentum intelligitur. in qua ſignificatione ea vox apud veteres ſcriptores frequentiſsima eſt.

Profeſsio in tabulas relata, & profitentis, vel alterius manu ſubſcripta.

Poſtmodum profeſsionem ita conceptam in tabulas referebant, ſuaque ipſi manu, ſi ſcribere noſſent, vel, ſi neſcirent, aliena ſtabilem, ratamque habebant. cuius ſententiæ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veritas à S. Dionyſij authoritate repetitur
pud quem ſæpe hæc oratio vſurpata eſt, vt
feſſio in tabulis dicerent ſcripta: *virum* (in
lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt.) ad
*tari iubet: cumque ſacerdos aliquis ex tabul*
*feſſionis & eum, & ſponſorem citat, hic quidem*
*aquam à ſacerdotibus ducitur*, &c. Atque, v
pertius hoc ſit, S. Gregorij Nazianzeni te
monium adijciam, qui orat. 40. in. ſanct. ba
cum dilueret argumenta eorum, qui bapt
differendum eſſe, cōminiſcebantur: ne
inanes fabulæ, ac deliramenta à baptiſm
poſito dimouerent: vel ſuſpicio latere
tam ſpecioſa cogitatione piaculi catech
norum impetum retardaret: præter alia
gumentorum machinas, hanc etiam adh
vt diceret, hominis non eſſe, à ſuſcepta
tentia deterri, & ſuæ ſcriptioni quaſi lim
facere. quod euidenti indicio eſt, profeſ
nem ſua manu ſubſcripſiſſe. Verum, ne
tatis arguar, S. Gregorij verba ſubſignabo: [a] *te*

a Orat. 40. in ſanc. bapt.

*ſtificor coram Deo, & electis Angelis, quod cum*
*fide baptizaberis. ſi alio modo conſcriptus es,*
*mea doctrina expoſuit, veni, ac tranſcribere. a*
*qui te à ſententia deducere ſtudent; quod ſcripſi, ſcr*
Et puis forte non diuinet? ſi S. Ambro
lib. de ijs, qui myſter. initiant. cap. 5. huc
ctaſſe credat, cum inquit: *deſcendiſti, recor*
*quid reſponderis, quod credas in Patrem, credas*
*Spiritum ſanctum. non habes illic: credo in m*
*iorem, credo in minorem, credo in vltimum*
*eadem vocis tuæ cautione aſtringeris, vt ſimi*
*credas in Filium, ſicut & in Patrem cred*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quid enim aliud eſt, *illic habere*, quam in ſacris tabulis ſcriptum eſſe? aut quomodo quis *ſuæ vocis cautione adſtringebatur?* niſi quia, cum fidei profeſsio ſcripta eſſet, inficiari non poterat, ſe eam profeſsionem edidiſſe. teſtantur eandem conſuetudinem S. Auguſtini verba quæ lib. 2. de ſymb. cap. 1. habentur, cum enim baptizandos ad actiones Chriſtiano homine dignas excitaret, inquit: *nomina profitentium in libro excipiuntur vitæ.* cuius loci authoritas vt ab omnibus intelligatur, prius ſciendum eſt, duas olim tabulas fuiſſe, in quarum altera Chriſtianorum viuorum, in altera mortuorum nomina ſcribebantur: de quibus magis idoneo tempore loquemur: cum Euchariſtiæ, ſeu diuinæ liturgiæ ritus explicare aggreſsi fuerimus. Nũc ad aliud teſtimonium accedam hominis non contempti, is eſt Nicetas Serronius, qui in orat. 40. S. Gregorij Nazianzeni, virtutum omnium perfectionem ardentiſsimo ſtudio, ac Dei timore in primis, atque ſenſuum, cordiſq; cuſtodia homini Chriſtiano comparandam eſſe, ait, vt illi ſyngraphæ, quam in fidei profeſsione ſubſcripſit, cohærenter viuere videatur: *quocirca* (Nicetę verba ſunt) *iuxta Salomonis conſilium, timore corripiamur, atque omni cuſtodia cor noſtrum ſeruemus, ne cum propria ſyngrapha, quã in fidei noſtræ confeſsione protulimus, pugnantes reperiamur.* Iam vero illa non lõgam orationem deſiderant, quamobrem exiſtimem, fidei profeſsioni ſubſcriptionem addi conſueuiſſe. Nã, cum homines, propter iuſtitię originalis, qua tanquam fręno quodam cupiditates regeban-

Tabulæ duæ apud Chriſtianos, altera viuorum, altera mortuorum.

Cur fidei profeſſionẽ veteres ſubſcriberent.

tur, amiſsionem, ad ſcelera, & flagitia fac
labantur; & rurſus cum ad conſcientiæ fr
ctum, & officij religionem, tum etiam ad d
cus, & gloriam conſtantia promiſſorum, &
de nihil in rebus humanis ſit præſtantius; p
ſcis Reipublicæ Chriſtianæ rectoribus exp
dire viſum eſt, fidei profeſsionem ſua cum
ſcriptione confirmari, vt, ſi quis veluti m
fuga à Chriſtiana religione deſciſcere cogi
ſet, pudore datæ fidei, & ſuæ confeſsionis te
monio impediretur. Præterea ad rectam Ch
ſtianæ Reipublicæ gubernationem perti
bat, ſicut ciues olim, ſic profitentium nom
literis conſignari; vt omnium, qui ſacrileg
ritus reliquerant, numerus intelligi poſſet. D
mum profeſſionem, ſacris monumentis m
ditam, anulo obſignabant. quod etſi diffic
eſt probatu, propter tam pauca, & tam rara
ſtimonia ſcriptorum: tale tamen eſt, vt ela
rãdum ſit, quo facilius probetur, nihil eſt e
omnium, quæ in hoc capite tractantur, qu
illuſtrius, curioſiuſque dicatur. Igitur Ter
lianus lib. de baptiſ. cap. 6. hanc conſuetu
nem ita declarat: *Ioannes ante præcurſor Dom
fuit, præparans vias eius: ità & angelus bapti
arbiter ſuperuenturo Spiritui ſancto, vias dirigit a
lutione delictorum, quam fides impetrat, obſign*
Probare enim ſtatuerat, fidei promiſsione
deleri nõ poſſe, quod in ea ſigillum anulo im
preſſum eſſet. verum clarius lib. de pudicit. c
9. vbi fidei profeſsionem explicans, ait: *anul
quoque accepit tunc primum, quo fidei pactionem
terrogatus obſignat.* Poteſt etiam ad hanc co

Altera cauſa, cur fidei profeſſio ſubſcriberetur.

Ciues in tabulas referebantur.

Profeſſio anulo obſignabatur.

ſuetudinem referri, quod Cyrillus Hieroſolymitanus ſcripſit catech. 1. myſtag. dum baptizandos ad memoriam eorum, quæ in catecheſi audierant, excitaret: *aſsiſtas catecheſibus, & quæ in illis dicuntur, memineris. dicitur enim non ideo, vt audias tantum, ſed vt per fidem dicta obſignes.* quo loco obſignandi verbum proprie, non metaphorice accipiendum eſt: cum rerũ ſeries ita declaret, & in græco textu, ἐπι σφραγίσῃς τὰ λεγόμενα poſitum ſit, nulla *per fidem* mentione facta. Nec tamen mihi ſanè quicquam occurrit, cur non Tertulliani ſit, & Cyrilli vera ſententia: vt enim rationes nullæ huius conſuetudinis poſſent afferri (vide quid hominibus tribuam) ipſis authoritatibus me frangerent. tot autem rationes afferri poſſunt, vt omnes enumerare, penè ſit infinitum. illa tamen præcipua, & maxime inſignis, vt profeſsionis ſcriptio fide non careret: quoniam publicis ſcripturis olim ſigilla apponebantur. quod adhuc in Pontificio, vel Epiſcopali diplomate, literis ordinum teſtimonialibus, & aliquot ſupremę voluntatis tabulis fieri ſolet.

Cur fidei profeſsionem anulo obſignaret. Publicis ſcripturis olim ſigillum apponebatur.

*De tactu narium, aurium, oculorum, & linguæ ex ſputo digitis presbyterorum.*

## CAP. XXVIII.

Aperienda vero nunc eſt nares, & aures presbyterorum digitis ex ſaliua tangen-

[a] Vuolffgan. Muſc. in loc. cōmun. de baptiſ. & Io. Caluin. in Eccleſ. reformat.

Tactus narium, & aurium antiquitas.

di conſuetudo; in qua confirmanda non minus operæ, & ſtudij ponam, quam in ea euertenda [a] multorum impietas laborarit, magnam enim, & præclaram opportunitatem ex ea cognitione ad Eccleſiæ ritus ſtabiliendos afferri nemo ſapiens inficiabitur. Sed hoc in primis attendere oportet, quod hæreticæ prauitatis veneno infecti negare ſolent, huius cæremoniæ vſum in veteri Eccleſia fuiſſe: cuius multa teſtimonia iis, qui in ſacris ſcriptoribus mediocriter verſati ſunt, facile occurrent. Illuſtriora vero loca ſunt, quę leguntur apud Tertullianum lib. ad Scap. cum ait: *dæmones autem non modo reſpuimus: ſed etiam reuincimus*: vbi reſpuendi vocem pro *ſputo deteſtari*, doctiſsimus interpres exponit: & apud S. Ambr. de iis, qui myſter. initian. cap. 1. *aperite aures, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere ſacramentum carpite: quod vobis ſignificauimus; cum apertionis celebrantes myſteria, diceremus: Ephetha, quod eſt, adaperire.* Item quæ S. Aug. refert tract. 44 in Euang. Io. cum eius myſteria exponit, qui luminibus captus, nihil penitus cernebat, & poſtmodum Seruatoris munere ſolis lucem ſanis, & vegetis oculis lætus hauſit: *ecce modo loquor vt fidelibus, & catechumenis, quod dixi de ſputo, & luto, præterea*, quæ Petrus Chryſologus narrat ſerm. 52. vbi de ſacræ concionis dignitate atque præſtantia loquitur: qua Euangelij præcones in omnem partem audientes impelliunt, modo iudicij diuini terrore, ſuppliciique ſempiterni magnitudine concutientes, atque exagitantes, modo cœleſtis præmij ſpe exci-

ſantes, modo diuinæ miſericordiæ fiducia linientes, ſemper autem à morte peccati ad vitam ſpiritualem reuocantes. *Hinc eſt, quod veniens ex gentibus apertionem aurium percipit, vt fidei capere poſſit auditum, vt poſſit ad ſalutem proſequente Domino peruenire.* Atque huc etiam referenda ſunt, quæ S. Gregorius lib. ſacram. ad catechizan. infan. diſſeruit: *deinde vero tangat ei nares, & aures cum digito de ſputo, & dicat ad aurem dextram, epheta, quod eſt adaperire: ad nares, in odorem ſuauitatis.* Sed quamuis hoc SS. Patrum teſtimoniis certiſſimum ſit, multum tamen proderit, vel eorundem, vel aliorum authoritatibus oſtendere, id, quod fideles hac ceremonia peragunt, à Chriſti Domini exemplo profectum eſſe. Itaque ſanctus Ambroſius lib de iis, qui myſter. initian. ca. 1. cum huius cæremoniæ originem oſtenderet, eius, qui vtraque aure captus erat, vel vſum amiſerat linguæ, meminit, dicens: *aperite aures & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere ſacramentorum carpite, quod vobis ſignificauimus, cum apertionis celebrãtes myſteria, diceremus: Epheta, quod eſt adaperire, vt venturus vnuſquiſque ad gratiam, quid interrogaretur, cognoſceret, quid reſponderet, meminiſſe deberet. Hoc myſterium celebrauit Chriſtus in Euangelio, cum mutum curaret, & ſurdum.* & lib. de ſacram. cap. 1. quærenti, quid aurium apertio ſignificaret, ſic reſpondit: *ergo quid egimus ſabbato? nempe apertionem, quæ myſteria celebrata ſunt? apertionis: quando tibi aures tetigit ſacerdos, & nares: quod ſignificat in Euangelio Dominus, cum ei oblatus eſſet mutus, &*

Tangendi nares, & aures conſuetudo ſumpta eſt ab exẽplo Chriſti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſurdus, & tetigit aures eius, & os eius. aures, qui*
*ſurdus erat: os, quia mutus, & ait Epheta, quod,*
*inquit ille, hebraicum verbum, & latinè dici*
*aperire; ideo ergo tibi ſacerdos aures tetigit.* Qui-
egregie reſpondent, quæ Rabanus Maurus
eadem conſuetudine ſcripſit: cum baptiſ-
cæremonias explicaret: *poſtea enim,* inquit li.
inſtitut. cleric. cap. 27. *tanguntur ei nares, & au-*
*res cum ſaliua, & dicitur ei illud verbum Euan-*
*licum, quod Ieſus, quando ſurdum, & mutum*
*nauit, tangens cum ſputo linguam eius, & mit-*
*digitos ſuos in auriculas eius, dicens, Epheta, quod*
*adaperire: hoc enim ſacramentum hic agitur, ut*
*ſaliuam typicam ſacerdotis, & tactum ſapientiæ*
*virtus diuina ſalutem eiuſdem catechumeni*
*tur, ut aperiantur ei nares ad accipiendum odore*
*notitiæ Dei, ut aperiantur illi & aures ad audien-*
*dum mandata Dei, ſenſuque intimo cordis repo-*
*dum.* Verbo illa præterea, quæ à Smaragdo,
Haymone afferuntur, ſatis ad eam rem pro-
bandam accommodata videri poſſunt. Ac pri-
mus quidem, cum hanc materiam aggredere-
tur, in explicat. Epiſtol. de Sabb. S. Pentecoſt.
ait: *non abſque ſputo tanguntur nares, & aures,*
*qui expuens linguam muti tetigerat, & ſputo lu-*
*fecerat. & oculos cæci nati aperuerat, nunc per my-*
*ſterium ſacerdotum, & auditum ſpiritualem iis, qui*
*baptizandi ſunt, tribuat, & rectè loquendi, id eſt*
*veram fidem confitendi facultatem præbeat, & na-*
*res, quibus bonum Chriſti odorem capiant aperiat.*
Alter verò Domin. 13. poſt Pentecoſt. in idem
argumentum ſic ſcribit: *pulcherrimo ordine Do-*
*minus prius in auriculas ſurdi mittit, deinde lin-*

*guam ſputo tetigit, & poſtremo ait : Epheta, quod eſt, adaperire, vt ordinatiſsimum officium baptiz andi ſacerdotibus demonſtraret.* Conſuetudinem autem tangendi nares, & aures cùm dicimus à Chriſti Seruatoris exemplo deſumptam eſſe, non ita dicimus, vt ab ipſo inſtitutam eſſe, arbitremur. nam pro certo habemus, aliquanto poſt Chriſtianæ religionis exordia incœpiſſe: ſicut ex Vualfrido Strabone colligitur lib. de reb. Eccleſ. cap. 26. cum inquit: *alij addiderunt in babtiſmatis ſacramento exorciſmos, alij conſecrationem fontis, alij ſalis, vel ſaliuæ infuſionem, &c.* Nec vero leuia myſteria in hac cæremonia continentur. Nam in naribus, quas ſacerdos ſputo tangit, ſtatim diuinæ cognitionis odor percipitur, intelligimuſque, quantæ ſuauitates ex fidei Chriſtianæ profeſsione in hominum vitam deriuent. quod autem eodem ſputo etiã aures tanguntur, apparet, nos ad Dei verbum audiendum paratiſsimas aures afferre oportere. quibus quidem rationibus ſanctus Ambroſius vſus eſt lib. 1. de ſacram. cap. 1. cum eiuſdem ritus dignitatem commendaret: *Ergo quid egimus ſabbato? nempe apertionem. quæ myſteria celebrata ſunt? apertionis; quando tibi aures tetigit ſacerdos, & nares; quod ſignificat in Euangelio Dominus, cum ei oblatus eſſet mutus, & ſurdus, & tetigit aures eius, & os eius. aures, quia ſurdus erat, os, quia mutus, & ait Epheta, quod eſt, inquit ille, hebraicum verbum, & latinè dicitur aperire; ideo ergo tibi ſacerdos aures tetigit. ſed dicis mihi: quare nares? Vt bonum odorem accipias pietatis æternæ; Chriſti enim bonus odor ſumus Deo, & ſit in te*

Cauſa, cur nares, & aures in catechiſmo tangantur.

*fidei, deuotioniſque plena flagrantia.* Idem ve[illegible]
multo apertius docuit lib. de iis, qui myſt[illegible]
initian. cap. 1. his verbis: *aperite aures, & bon[illegible]*
*odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere [illegible]*
*mentorum carpite, quod vobis ſignificauimus, [illegible]*
*apertionis celebrantes myſteria, diceremus: Ephe[illegible]*
*quod eſt adaperire, vt venturus vnuſquiſque ad [illegible]*
*tiam, quid interrogaretur, cognoſceret, quid re[illegible]*
*deret, meminiſſe deberet.* Atque id præterea [illegible]
Bedę homilia colligi poteſt, cum in Euang[illegible]
Domin. 12. poſt Trinit. inquit: *quod ait, Ephe[illegible]*
*id eſt adaperire, propter aures dicit ſanadas, quas [illegible]*
*ditas diuina clauſerat, ſed ad audiendum iam [illegible]*
*patefecit ipſius. Vnde credo mos increbuerit Eccle[illegible]*
*vt ſacerdotes illius his, quos percipiendis bapti[illegible]*
*cramentis præparant, prius inter cætera con[illegible]*
*nis exordia, de ſaliua oris ſui nares tangant, & [illegible]*
*res, dicentes, Epheta. ſaliua quidem oris ſui [illegible]*
*quo initiandi ſunt, ſupernæ ſapientiæ deſignant: [illegible]*
*tactum vero narium, vt abiectis delectationibus [illegible]*
*xiis, ſolum Chriſti ſemper amplectantur odorem, [illegible]*
*quo dicit Apoſt. Chriſti bonus odor ſumus in o[illegible]*
*loco.* Adde Hugonis à S. Victore teſtimonium,
quo neſcio an vllum illuſtrius, vel clarius [illegible]
periri poſſit. ſcribit enim lib. 1. de ſacram. ca[illegible]
18. *tanguntur aures, & nares, cum ſaliua: quæ, [illegible]*
*niam à capite deſcendit, ſupernam ſignat ſapientiam*
*cuius tactu & aures cordis aperiuntur ad intelligen[illegible]*
*dum verbum Dei, & nares cordis, vt ſentiant fra[illegible]*
*gantiam vnguentorum Chriſti, & dicat cor eam ſen[illegible]*
*tiens: in odorem vnguentorum tuorum currimus.*

Altera cauſa tangendi nares.

Altera vero cauſa eſt, vt baptizandi, quandiu
ſpiritum naribus ducunt, à Chriſtiana religio[illegible]

ne ſibi nunquam deſciſcendum eſſe, intelligant. quod lib. 6. de ſacrament. Eccleſ. Buchardus Vuormatienſis manifeſtum facit his verbis; *tunc fiunt ſcrutinia, vt exploretur certiùs, an poſt renunciationem Satanæ ſacra verba datæ fidei radicitus corde defixerit; tanguntur & nares, vt quandiu ſpiritum naribus trahat, in fide accepta perduret.* Siquis autem Petri Chryſologi, Rabani Mauri, Smaragdi, & aliorum loca, ſuperius allata conſideret, non modo priorem rationem, quam attulimus, veram eſſe, ſed etiam tangendi formam elegantiſsimè expreſſam fuiſſe, intelliget; vt dubitandum minimè ſit, quin ea verba, quæ nunc in aurium, & nariū tactu adhibentur, cum dicimus, *Epheta*, &c, *in odorem ſuauitatis in Chriſto Ieſu Domino noſtro in vitam æternam*, ex veterum Patrum traditione deriuarint: præcipuè cum ſcribat S. Gregorius Magnus lib. ſacram. ad catechizan. infant. *Deinde vero tangat ei nares, & aures cum digito, & dicat ad aurem dextram, epheta, quod eſt, adaperire; ad nares, in odorem ſuauitatis*: & Albinus Flaccus lib de Diuin. Offic. cap. 19. de Sabb. S. Paſch. *inde vera tangit eis nares, & aures de ſputo, & dicit ad aurem dexteram, epheta, quod eſt, adaperire: ad nares in odorem ſuauitatis.* Ac quoniam ſingulorum rituum certa tempora explicare mihi propoſitum eſt, quo tempore nariū, & aurium tactum fieri ſoleret, aperiam. Fiebat autem hęc cęremonia, & cum qui catechumenorum claſſis decernebatur; vt indicant non modo S. Gregorij verba li. ſacra. ad catechiz. infan. *deinde vero tāgat ei nares, & aures*; & Bedæ

Forma tāgendi nares, & aures antiquiſſima.

Tactus narium, & aurū quando fieret.

homil. in Euang. Dom. 12. poſt Trinit. *unde*
*do mos increbuerit Eccleſiæ, ut ſacerdotes illi*
*quos percipiendis baptiſmi ſacramentis prepa*
*prius inter cætera conſecrationis exordia, de ſ*
*oris ſui nares tangant, & aures:* ſed etiam Rab
Mauri lib. de inſtitut. cleric. cap. 27. qui in
alias catechiſmi ceremonias hanc quoque
numerat, dicens: *catechizandi ordo hic eſt. p*
*interrogatur Paganus, ſi abrenunciat diabo*
*omnibus damnoſis eius operibus, atque fall*
*pompis: poſtea tanguntur ei nares, & aures*
*liua:* & Haymonis Domin. 13. poſt Pentec
dum eius diei Euangelicas periochas expl
ait: *quoniam hi, qui baptizantur, prius Spiritus*
*cti gratia ſunt illuminandi, deinde à Doctoribus*
*ſtruendi, & poſtremo ad confeßionem fidei voca*
*Vnde conſuetudo eſt ſacerdotum, ut eorum lingu*
*& nares, quos catechizant, ſputo tangant, ipſi*
*mini verba dicentes, Epheta.* Verum illud
que in huius temporis explicatione trad
eſt, feria quarta hebdomadæ quartæ qua
geſimæ narium, & aurium tactum fieri
ſueuiſſe. Quis enim adeo rudis eſt, qui,
in Ordine Romano legerit. tit. de den
ſcrut. ad elect. quod 4. hebdom. in quadrag
fer. nunciat. *eadem die tanguntur aures, &*
*catechumenorum digitis presbyterorum:* & in
bano Mauro lib. 1. de Eccleſ. Offic. cap. 8.
*da varietas fit in quarta hebdomada Quadrage*
*& in quarta feria, memorata quarta feria apud*
*tores Eccleſiæ in apertione aurium dicitur. eadem*
*tanguntur aures, & nares catechumenorum dig*
*presbyterorum;* huius opinionis veritatem

Tactus narium, & aurium fiebat fer. 4 hebdom. 4. Quadrag.

Feria 4. hebdom. 4. Quadrag. cur diceretur in apertione aurium.

nibus notam, & manifeſtam eſſe, ſtatim non intelligat? Neque idcirco tamen ſemper hunc diem narium, & auriũ tactui præfinitum fuiſſe, cenſendum eſt, ſed tria fuerunt tempora, quibus hic ritus variè celebratus fuit, in poſteriori quidem, feria quarta hebdomadæ quartæ quadrageſimæ; quod allata teſtimonia declarant; in primo vero, & ſecundo, vel tribus ante baptiſmum menſibus, vel quadraginta diebus, vt alibi de catechiſmi tempore dictum eſt. Neque huic ſententiæ repugnant S. Ambroſij verba cap. 1. lib. 1. de ſacram. ſcripta: *quid egimus Sabbato? nempe apertionem, quæ myſteria celebrata ſunt? apertionis, quando tibi aures tetigit ſacerdos, & nares*, aut Albini Flacci locus lib. de Diuin. Offic. cap. de Sabb. S. Paſch. *inde vero tangit eis nares, & aures de ſputo, & dixit ad aurem dexteram, Epheta, quod eſt, adaperire: ad nares, in odorem ſuauitatis*, ex quibus videtur colligi, Paſchatis peruigilio nares, & aures tangi ſolitas eſſe. Nam vtroque authoritas de tactu, qui baptiſmi die repetebatur, intelligenda eſt, nos vero de prima tangendi conſuetudine, quæ ad catechumenos pertinebat, locuti ſumus. Vtrum vero ſolummodo ſputum, an etiam lutum ſputo permixtum, in narium, auriumque tactu adhiberetur, ex veteribus quidem ſcriptoribus colligi non poteſt. verum nuper, cum Ioannem Iacobum Eccleſiæ Salisburgenſis Archiepiſcopum legerem in Manuali Parochorum, & aliorum curam animarum habentium de ſacrament. baptiſm. cap. 4. & 5. animaduerti, ipſum, iuxta diuerſarum

Tria tempora tangendi nares & aures.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

In narium, auriumque tactu Germani partim lutum ſputo permixtum adhibent. Lutum ſputo admixtum in narium, aurumque tactu olim à quibuſdam adhibitum eſſe, probabile eſt. Tangebantur etiam oculi, & lingua.

Diœceſium conſuetudinem, ſaliuæ, aut
liua permixti mentionem facere. Ex q
mum cognoui, nunc Germaniam in h
variare, vt alibi ſputum, alibi lutum ſpu
mixtum adhibeatur; tum mecum ipſe
natus, exiſtimaui, eandem conſuetudin
ue varietatem ab Eccleſia veteri deme
non eſſe; cum vix credi poſſit, eos, qui
lutum adiungunt, à patria conſuetudi
ceſſiſſe, & hæc luti admixtio ad Chriſti
plum, vnde tangendi conſuetudo m
propius accedat. Quamquam, quod
narium, & aurium tactu dictum eſt, ad
quoque, & linguam transferre oportet.
enim in his partibus eandem cæremon
miſſam eſſe, credendum eſt. ſiquidem S.
broſius lib. 3. de ſacram. cap. 2. oculorum
tionem facit his verbis: *quando dediſti*
*tuum, tulit lutum, & liniuit ſuper oculos tu*
*ſignificat? Vt peccatum tuum fatereris, vt*
*tiam tuam recognoſceres, Vt pœnitentiam ag*
*lictorum, hoc eſt, ſortem humanæ generation*
*ſceres.* Et ex Haymone ritum tangendi
cognoſcere poſſumus: cum Dominic
Pentecoſt. ad eius originem indicãdam, C
ſti Domini exemplum ſic adducit: *Pulc*
*ordine Dominus prius in auriculas ſurdi mu*
*inde linguam ſputo tetigit, & poſtremo ait: E*
*quod eſt, adaperire: Vt ordinatiſſimum offic*
*ptizandi ſacerdotibus demonſtraret. Quoniam*
*baptizantur, prius Spiritus ſancti gratia ſun*
*minandi: deinde à Doctoribus inſtruendi, & p*
*ad confeſſionem fidei vocandi. Vnde conſuetud*

*cerdotum, vt eorum linguam, & nares, quos catechizant, ſputo tangant, ipſius Domini verba dicentes, Epheta.* Ex quibus locis perſpicuum eſt, linguam, & oculos tangendi rationem fuiſſe, vt conſcientiæ latebras explorare, pręterita facta ad Chriſtianæ religionis rationem exquirere, & pro fidei confeſſione vitam naturę debitam Chriſto Domino piè, fortiterque reddere, ea cæremonia docerentur. quę ratio cum ſolummodo in adultorum baptiſmo vim ſuam, & robur obtineret, nemini mirum videri debet, ſi, ex quo ille in deſuetudinem abiit, linguam, & oculos tangendi conſuetudo deſierit.

Cauſa tangendi ſputo linguam & oculos.

Conſuetudo tangendi linguam & oculos quando deſierit.

---

*De exorciſmi antiquitate, & origine.*

## CAP. XXIX.

ACcedebat autem ad eum tactum, qui, vt hactenus declaratum eſt, preſbyterorum ſputo fiebat, alius etiam catechiſmi ritus, qui ad ſacram, & ſalutarem ablutionem celebrandam ex vetuſtiſsima catholicæ Eccleſiæ conſuetudine adhiberi ſolebat. Eum Græci communi vocabulo ἐξορκισμὸν, nos latinè *adiurationem* vocare poſſumus. de cuius antiquitate, quoniam Vlpianus Iuriſconſultus Ethnicus apud Iuſtinianum de var. extraordin. cognit. l. Preſes prouinciæ, & Iulianus apud S. Auguſt. de nupt. & concupiſcent. lib. 2. cap. 28. & 29. Vuolffgangus Muſculus in loc. commun. cap.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Exorciſmũ qui negarint.

de bapt. Ioannes Caluinus ad cap. 12. Ac
lib. 4. Inſtit. cap. 15. Madeburgenſ. Cen
2. cap. 6. Beza Epiſtol. 8. & Nicolaus H
mingius ad cap. 2. poſterioris ad Theſſ
nefarij hæretici negare auſi ſunt, hoc
nobis agendum erit, vt omnes intelligan
potiſſimum ad eos refellendos vſui eſſe
ſint. In primis vero docere oportet, dæm

Exorciſmus à Salomone inuentus.

effugandi ſcientiam à Salomone inuen
eſſe. de ea enim ita loquitur Ioſephus He
us lib. 8. antiquit. *præſtitit autem Deus etiam*
(Salomoni videlicet) *vt contra dæmones*
*ad vtilitatẽ hominum ediſceret*, quem ſecu
Beda in Act. Apoſtol. cap. 19. Rabanus M
rus lib. de Inſtit. cleric. cap. 10. Polydorus
gilius lib 4. de inuentor. rer. cap. 5. & Iac
Pamelius in Epiſt. 76. S Cyprian. ad Mag

Exorciſmi vſum docuit Chriſtus.

Eandem poſtea Chriſtus Seruator hom
docuit, non modo cum apud Marc. 16. de
bus ſuo ſigno obſignatis dixit: *ſigna autem*
*qui crediderint, hæc ſequentur, per nomen meum*
*monia eijcient*, ſed etiam cum ab improb
ſpirituum æſtu liberauit eum, cui morbu
ad ſtatos Lunæ motus ę mente exire: de

Exorciſmus in baptiſmo vnde originẽ habuerit.

Matth. 17. habetur: *Domine miſerere fil*
*quia lunaticus eſt, & increpauit eum Ieſus,*
*ab eo dæmonium.* Atque ex his fluxiſſe arb
vt ſacris quibuſdam verbis dœmones in b
tiſmo de antiqua ditione expellantur. N
cum catechumenorum ritus Iſidorus Hi
lenſis lib. 2. de Diuin. Offic. cap. 20. explic
dos ſuſcepiſſet, poſteriorem hunc locum
Chriſto, qui lunæ momenta ſentientem

tuit, ad exorciſmi originem probandam videtur attuliſſe; cum ait: *exorciſmus autem ſermo increpationis eſt contra immundum ſpiritum, in energumenis, ſiue catechumenis factus, per quem ab illis diaboli nequiſsima virtus, & inueterata malitia, vel violenta incurſio expulſa fugatur. Quod ſignificabat lunaticus ille, quem increpauit Dominus Ieſus, & exiit ab illo dæmonium.* Præterea Cyrillus Hieroſolymitanus in procatech. baptiſmi exorciſmos, *diuinos, ex diuiniſque ſcripturis collectos* apertiſſime nominauit, quod temerè dictum videri poſſet, niſi à Deo inſtitutos eſſe, fateremur. Nec omitti debet, quod S. Ioannes Chryſoſtomus homil. de Adam, & Eua dixit: *cum ad regenerationis veniunt ſacramentum, non prius fontem vitæ ingrediuntur, quàm exorciſmis, & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab illis immundus abigatur, & deinceps vaſa eius eripiantur, in poſſeſsionem tranſlata illius victoris, qui captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. His ergo Eccleſiaſticis regulis, & diuina ſumptis authoritate documentis, ita, adiuuante Domino, confirmati ſumus.* Vbi baptiſmi exorciſmum ex diuina inſtitutione ſumptum eſſe, nemo negare poteſt. Verum demus, Chriſtum Dominum exorciſmi cæremoniam minime præcepiſſe, an propterea illam nuperrime inuentam, rudiumuè hominum ingenio excogitatam dixeris, quam primi gentiũ magiſtri, ac cæteri pietatis cultores adhibuerũt? Huc mihi pro ſe quiſq; acriter intendat animum, quę loca, quęuè ſcriptorum authoritates Apoſtol. tẽpore exorciſmũ in vſu fuiſſe, docuerint. 1. aũt loco S. Cyp. authoritas

Exorciſmus baptiſmalis in vſu Apoſtolorum tempore.

occurrit, qui ſerm. de bapt. Chriſ. & mani-
ſtat. Trinitat. dum aliquot baptiſmi cæremo-
nias enumerat, exorciſmi baptiſmalis memi-
nit: ita ſcribens: *remiſſio peccatorum, ſiue per bap-*
*tiſmum, ſiue per alia ſacramenta donetur, pro-*
*Spiritus ſancti eſt, & ipſe ſoli huius efficientiæ pri-*
*uilegium manet. Verborum ſolennitas, & ſacri in-*
*uocatio nominis, & ſigna inſtitutionibus Apoſtoli-*
*cis ſacerdotum miniſteriis attributa, viſibile ce-*
*ſacramentum: rem verò ipſam Spiritus ſanctus for-*
*mat, & efficit.* Inter *ſigna* enim exorciſmum
ferendum eſſe, præterquam quod Gulielm.
Lindanus ita ſentit lib. 4. Panop. Euangel.
8. ex eo etiam facile colligi poteſt, quod in ex-
orciſmo crucis ſignum exprimi ſolebat; ſic
paulo poſt ſuo loco conſtabit, & in eo
manus capiti imponebatur: quem ritum
dem *ſignis* idem Cyprianus ibidem ſubdit
ait: *conſecrationibus viſibilibus manum app-*
Exinde S. Auguſtinus exorciſmum ſemper
baptiſmo adhibitum fuiſſe, pluribus locis
monſtrauit; vt cum lib. 2. de nupt. & con-
piſc. ad eius antiquitatem oſtendendam,
*neque enim, ex quo eſſe cœpit Manichæi peſtilens*
*doctrina, ex illo cœperunt in Eccleſia Dei paruuli ba-*
*ptizandi exorcizari, & exſufflari, vt ipſis myſterio*
*oſtenderetur, non eos in regnum Chriſti niſi eruti*
*tenebrarum poteſtate transferri.* & paulo poſt
*iſte dicere audeat Manichæos, & antiquiſſi-*
*mam Eccleſiæ traditionem iſto nefario crimine*
*ſpergat, qua exorcizantur, &, vt dixi, exſuf-*
*flantur paruuli, vt in regnum Chriſti à poteſtate*
*tenebrarum, hoc eſt, diaboli, & angelorum eius*

*transferantur.* Item, cum ſerm. 10. de verb. Apoſt. etiam infantes, quamuis criminibus ſua culpa contractis careant exorciſmo admonendos eſſe probaret: *hoc Eccleſia ſemper habuit, ſemper tenuit, hoc à maiorum fide percepit, hoc vſque in finem perſeueranter cuſtodit.* Quod ſi exorciſmus ſemper in vſu fuit, aut ex Eccleſiæ traditione ad nos peruenit, fateri neceſſe eſt, Apoſtolorum temporibus adhibitum eſſe. Non dubitabo tamen aliud teſtimonium adijcere; vt, ſi quis fortè citatis authoritatibus minus acquieſcere velit, quid impoſterum de ea re dubitet, non habeat. Id ex Leone Papa ſumptum eſt Epiſt. 4. ad vniuer. Sicil. Epiſcop. cap. 6. vbi de baptiſmi tempore agens, ſcribit: *euidenter agnoſcitur, in baptizandis electis, qui ſecundum Apoſtolicam regulam exorciſmis ſcrutandi, & ieiuniis ſanctificandi, & frequentibus prædicationibus ſunt imbuendi, duo tantum tempora, id eſt, Paſcha, & Pentecoſten eſſe ſeruanda.* En quomodò exorciſmi ex Apoſtolorum præſcripto facti eſſe dicuntur? Sed video mihi non cum hæreticis ſolum, ſed etiam cum catholicis Scriptoribus rem eſſe, propterea, quid illi tradiderint, videamus. Vualfridus Strabo, uir ſacræ obſeruationis copia inſtructus, ſed interdum nimis properè amplexari ſolitus ea, quæ ſibi in mentem venerant, exorciſmos in baptiſmi Sacramento a ſacris ſcriptoribus additos eſſe, teſtatur: *alij* (inquit lib. de reb. Eccl. cap. 26.) *addiderunt in baptiſmatis ſacramento exorciſmos, alij conſecrationem fontis,* &c. Hæc Vualfridus. quæ tamen, (quod ſinè ulla contumelia dictum ac-

cipi volo) mihi videntur alieniſsima eſſe, ne-
que vllo pacto cum iis, quæ de eius origi-
iam attulimus, cohærere. Alij Leonem, D-
maſum, & Ambroſium exorciſmi author-
conſtituunt; è quorum numero Gulielm-
Durantus in ration. Diuin. Offic. ita ſcrib-
*Beatus Clemens, ſecundus à Petro, ex ipſius do-*
*na vnctionem olei addidit; poſtea Leo Papa, Dam-*
*ſus, & Ambroſius exorciſmos, & benedictiones,*
*cæteras ſolennitates adiecit.* Sed hæc ſenten-
non modo iiſdem authoritatibus repug-
verum etiam falſitatis apertiſsimæ argu-
Nam Leo Papa circiter annum partæ ſal-
quadringenteſimum quinquageſimum, D-
maſus trecenteſimo ſexageſimo octauo,
ſeptuageſimo primo in Pontificiæ dign-
faſtigio collocati ſunt: & Ambroſius octo-
ſimo ſexto ſupra trecenteſimum, Eccleſiæ M-
diolanenſis gubernacula ſuſcepit. ante e-
tempus innumeri ſcriptores baptiſmalis ex-
ciſmi meminerunt: quorum aliquot hoc l-
ſubijciam, ne Gulielmi authoritas fidem in-
niat. Tertullianus lib. de Idolat. cap. 11. e-
rum, qui dœmoni peccati mercede manc-
ti, cum ab aliis ſacro exorciſmo expellere
tuntur, audaciam, & temeritatem repreh-
his verbis: *quo ore Chriſtianus thurarius, ſi per*
*pla tranſibit, quo ore fumantes aras deſpuet, &*
*ſufflabit, quibus ipſe proſpexit? qua conſtantia*
*ciZabit alumnos ſuos, quibus domum ſuam cella-*
*præſtat?* Et lib. de coron. milit. apertè dem-
ſtrat, à virtutis tramite aberrare, qui exorc-
mis interdiu vtentes, noctu in obſcœnis v-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

loptatibus verſantur. Ità enim clamat: *& excubabit pro templis, quibus renunciauit? & cœnabit illic, vbi Apoſtolo non placet? & quos interdiu exorciſmis fugauit, noctibus defenſabit?* Item lib. de præſcription. aduerſ. hæret. cap. 41. in mulieres inuehitur, quæ hæreſeos veneno tabeſcentes, Domini nomen in baptizandos inuocare auderent: *ipſæ*, inquit, *mulieres hæreticæ quam procaces, quæ audeant docere, contendere, exorciſmos agere, curationes repromittere, forſitan & tinguere.* Quæ loca de baptiſmi exorciſmo intelligenda eſſe, non eſt, cur quiſquam ambigat: cum & ea, quæ antecedunt, & ſubſequntur, fidem facere poſſint; & doctiſſimus interpres, Iacobus Pamelius, ea in hanc ſententiam expoſuerit. S. etiam Cyprianus Epiſt. 2. ad Donat. cum propoſitum ſuum de fide Chriſtana amplectenda commendaſſet, ideoque varios baptiſmi cum effectus, tum cæremonias referret, exorciſmi baptiſmalis meminit, dicens: *animorum diſipientium labes reddita ſanitate purgare, immundos & erraticos ſpiritus, qui ſe expugnandis hominibus immerſerint, ad confeſſionem minis increpantibus cogere: vt recedant, diris verberibus vrgere: conflictantes, eiulantes, gementes, incremento pœnæ propagantis extendere, flagris cædere, igne torrere.* Et Epiſtola 76. ad Magnum filium, quæ in probando aſperſionis, atquè immerſionis baptiſmate tota verſatur, de hoc more ſic habet: *quod hodie etiam geritur, vt per exorciſtas voce humana, & poteſtate diuina flagelletur, & vratur, & torqueatur diabolus: & cum exire ſe, & homines Dei dimittere ſæpe dicat, in eo tamen, quod*

*dixerit, fallat: & id, quod per Pharaonem pri- geſtum eſt, eodem mendacio obſtinationis exerce- cum tamen ad aquam ſalutarem, atquè ad bapti- ſanctificationem venitur, ſcire debemus, & fide- quia illic diabolus opprimitur.* Quod ſi quis ci- ta teſtimonia minus aperta eſſe, exiſti- met; is & Optatum Mileuitanum audiat, gra- phicè veteres ſuæ Eccleſiæ ritus exprimente- lib. 4. cont. Parmen. vbi indicatis omnibu- quæ ad animas noſtras præclaro inſtitiæ do- augendas pertinent, exorciſmum quoque c- memorat: cum ait: *neminem fugit, quod om- homo, qui naſcitur, quamuis de parentibus Chriſtia- nis naſcatur, ſinè ſpiritu mundus eſſe non poſſit, qu- neceſſe ſit ante ſalutare lauacrum ab homine excl- di, & ſeparari. hoc exorciſmus operatur, per qu- ſpiritus immundus depellitur, & in loca deſerta fu- gatur.*

---

*Cur, & quando exorciſmus adhiberetur.*

## CAP. XXX.

Exorciſmus in baptiſmo cur inuentus.

EX hoc itaque teſtimonio ſatis apparet, Sa- tanæ caput diris ingentibus deuouend- conſuetudinem eo conſilio inſtitutam eſſe, v- teterrimum humani generis hoſtem ab an- qua ditione expellerent. quod præterea ind- cant non modò S. Cypriani verba ſuperius re- citata, ſed etiam S. Auguſtinus Epiſt. 105. a- Sixt. presbyt. vbi aduerſus Pelagianos, q- omnem Adami poſteritatem ingenita macu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

la, & quaſi hæreditaria deformari, minimè ſentiebant, accuratè eum inſtruens, ſic ait: *circumſtipantur enim & diuinarum authoritate lectionum, & antiquitus tradito, & retento firmo Eccleſiæ ritu in baptiſmate paruulorum, vbi aperiſſimè demonſtrantur infantes, & cum exorcizantur, & cum iis per eos, à quibus geſtantur, renunciare reſpondent, à diaboli dominatione liberari.* & mox infrà: *quid ad hoc reſpondeant, cum exorcizantur, & exſufflantur infantes: hoc enim procul dubio fallaciter fit, ſi diabolus eis non dominatur: ſi autem dominatur, & ideò non fallaciter exorcizantur, & exſufflantur, per quid dominatur niſi per peccatum princeps vtique peccatorum?* Plurima alia in hac exorciſmi conſuetudine latent myſteria, quæ fideles aſsidua SS. Patrum lectione, & ſtudio ipſi per ſe, iuuante Domino, facilè aſſequentur. Nunc ad earum rerum explicationem accedam: quæ vt à ſacrorum rituum ſtudioſis ignorentur, nullo modo committendum eſt. Tria enim ſunt maximè illuſtria, atquè præclara, quæ in hac cæremonia obſeruata eſſe, veterum authoritas tradit. Primum eſt, certum tempus illi celebrandæ præfinitum eſſe, Alterum eſt, corporis habitum, & alias cæremonias adhiberi ſolitas, quæ ad eius effectus explicandos congruæ, & aptæ videri poſſent. Tertium eſt, loco, & forma noſtris perſimili vſos fuiſſe. Verum, vt prius de primo agatur, quæſo, lectores attendant, quam perſpicua, & clara ſint Cyrilli Hieroſolymitani verba, quæ hanc cæremoniam catechiſmi tempore factam eſſe, demonſtrant. nam, cum

Exorciſmus fiebat in catechiſmo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inquit catech. 1. myſtagog. *Suſcipe cæleſtem*
*ſaurum, & in exorciſmis ſtudioſè verſeris,*
*Catecheſibus, & quæ in illis dicuntur, memin*
nemo, qui modo poſtrema prioribus conn
ctat, ignorare poteſt, quid nobis intellige
dum ſit: præſertim cum de catecheſis cær
moniis ſermo habeatur: quas in baptiſ
præmiſſas eſſe, veterum fides dubitare nem
nem patitur: vt vir doctiſsimus, [a] Iuo Carn
tenſis præclarè ſcripſerit, eodem die homine
vt in catechumenorum ordinem legerent
& ſacris carminibus Satanæ ingum excu
rent, ad Eccleſiam acceſſiſſe. Verum alter p
terea locus à nobis enucleandus eſt: ex quo
pertè licet cognoſcere, ſacrum exorciſmum
catechiſmi tempus referri. nam Hugo à Sa
Vict. poſteaquam commemorauit, multis,
legitimis cæremoniis eos, qui baptizandi
rant, fidelium examini ſubiectos eſſe: tum
dit: [b] *notandum etiam, quod baptizandi in Sab*
*to Paſchali, quarta feria quartæ hebdomadæ Ch*
*ſtianæ militiæ, id eſt, Quadrageſimæ deferuntur*
*Eccleſiam, vt exorcizentur, & catechizentur.* Qu
ſi alio tempore exorciſmus fieri ſolitus eſſ
præter catechiſmi diem: quid opus erat vtru
que ſimul nominare? illis enim, *exorcizentur*
*& catechizentur*, verbis declarauit Author,
terum alterius cæremoniam eſſe. Quod e
tiam lib. 2. orthod. fid. apertius explica
Nicetas Choniates his verbis: *ſacerdos t*
*illum denuo in templum ducit, & inſufflans*
*in faciem eius, & aures eius, tandem etiam exo*
*ciſmorum orationes adijciens, eum rurſus ſign*

[a] Serm. de ſacram. neophyt.

[b] Lib. de ſacr. cap. 17. de die Sab. ſanct.

*tis munitum à ſe dimittit, atque ita catechumenus, ſeu diſcipulus in Eccleſia moratur, & ſcripturas audit.* Quæ quidem verba, exorciſmos ad catechiſmum pertinuiſſe, demonſtrant. Hæc igitur ſcriptorum loca diligenter animaduertenda ſunt, atque in primis tradendum, nihil in eis dubij, aut incerti relictum eſſe: præſertim cum feria quarta hebdomadæ quartæ Quadrageſimæ exorciſmum adhibitum eſſe, Hugo tradiderit: quo die catechumenorum claſſis initium eſſe factum, poſſumus intelligere: cum Patres, qui Eccleſiaſticorum rituum optimi teſtes ſunt, conſulimus. Hi vero ſummo conſenſu omnes huius cæremoniæ conſuetudinem apertiſſimé tradiderunt; quorum hîc teſtimonia afferre, quoniam [a] alibi citata ſunt, ſuperuacaneum duxi. Non tamen prætereundum ſilentio, hanc cæremoniam pluries repeti ſolitam eſſe, vt non modo catechiſmi, & baptiſmi die fieret, quod cæteris cæremoniis commune erat, ſed etiam intermedio tempore adhiberetur ad dæmonis expulſionem explorandam: ſicut S. Auguſtinus ſignificare voluit: cum lib. de fid. & operibus baptiſmi ſacramentum ſolummodo iis, qui vitæ innocentia cæteris præſtent, aut voluntaria corporis vexatione, aliiſque Chriſtianæ pietatis officiis Deum placare penitus inſiſtant, conferendum eſſe, tradit hoc pacto: *Videamus, unde agitur, id eſt, Vtrum ad percipiendum baptiſmum ſic admittendi ſunt homines, vt nullæ ibi vigilet diligentia, ne ſanctum canibus detur, Vſque adeò ut nec apertiſſimi*

Exorciſmus fiebat fer. 4. hebd. 4. Quadrageſ.

[a] Cap: 8. lib. 2.

Exorciſmus pluries repetebatur.

*adulterij perpetratores, & eius perſeuerantia* [...] *feſſores à ſacramento tantæ ſanctitatis videantur* [...] *cendi: qui ſinè dubio non admitterentur, ſi per* [...] *dies, quibus eandem gratiam percepturi ſuis no*[...] *nibus datis, abſtinentia, ieiuniis, exorciſmiſque* [...] *gantur, cum ſuis legitimis, & veris vxoribus ſe* [...] *cubituros profiterentur, atquè huius rei quam* [...] *lio tempore licitæ paucis ipſis ſolennibus diebus* [...] *lam continentiam ſeruaturos.* Et rurſus ibidem [...] cum baptiſmalis miſterij memoriam nobis [...] nouare, & ad diſciplinam, ac officium h[...] nes reuocare ſtudet: *an vſque adeò diſſimulan*[...] *à ſenſibus noſtris, vt vel nos ipſos non recolen*[...] *quam fuerimus attenti, atquè ſolliciti, quid* [...] *perciperent, à quibus catechiZabamur, cum* [...] *illius ſacramenta peteremus; atquè adhuc compe*[...] *tes etiam vocaremur: vel non intueamur alios,* [...] *annos ſingulos ad lauacrum regenerationis acc*[...] *quales ſint ipſis diebus, quibus catechizātur, exorci*[...] *tur, ſcrutantur?* Verba enim, *per ipſos dies, aut,* [...] *diebus*, plurali numero adhibita, & exorci[...] tempus, catechiſmi atquè ſcrutiniorum [...] bus comparatum, eius, quam dixi, reper[...] nis fidem apud æquos rerum æſtimatores [...] uenient. Qua loquendi formula quoni[...] Leo quoquè Pontifex Epiſt. 4. ad vniuerſ. S[...] cil. Epiſc. vſus eſt, libenter hic apponam: [...] *denter* (inquit cap. 6.) *agnoſcitis, in baptiZan*[...] *electis, qui ſecundum Apoſtolicam regulam* [...] *ciſmis ſcrutandi, & ieiuniis ſanctificandi, & fre*[...] *quentibus prædicationibus ſunt imbuendi, duo* [...] *tum tempora, id eſt, Paſcha, & Pentecoſten eſſe* [...] *uanda.* Immò ſi hanc, & poſteriorem S. A[...]

guſtin

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

guſtini authoritatem quis accuratè conſideret, fateri eum neceſſe eſt, exorciſmum ſepties fieri ſolitum eſſe, cum ad ſcrutinia, quæ ſeptem erant, manifeſtè referatur. Ad quod fortaſsè etiam alludunt tam Concilij Bracarenſis 2. verba, cum baptizandos *exorciſmi purgationi*, hoc eſt, ſcrutinio ſubijci oportere, præcipit cap. 1. *ad purgationem exorciſmi concurrant catechumeni*; & cap. 9. *præcipiant Quadrageſimæ ſeruare ieiunia, & mediante Quadrageſima baptizandos infantes ad exorciſmi purgationem offerre*; quam Gloſſa, quæ in Gratian. part. 3. decret. de conſecrat. diſtin. 4. cap. 66. ait: *mediana hebdomada tribus diebus fiunt exorciſmi, ſecunda iterum tribus. ſecundum hoc exorciſmi variantur.* Siquidem hic ſexies exorciſmi exhibiti mentio eſt: cui ſi repetitionem eiuſdem die baptiſmi adijcias, ſepties efficies. Exorciſmus ſepties fiebat.

---

*De habitu eorum, qui ad exorciſmum accedebant.*

## CAP. XXXI.

NVnc, quod alterum erat propoſitum, admonere non deſinam, ſeminudos ad ſacrum exorciſmum acceſſiſſe. Hoc verò quamuis maximam admirationem meritò habere poſsit, tamen ex iis, quæ veterum memoria prodita ſunt, neceſſario colligitur. Etenim ſi vera ſunt S. Ioannis Chryſoſtomi verba, quæ homil. ad baptizan. habentur: *vellem hoc quidem* Seminudi ad exorciſmum accedebant.

*primum meo declarare ſermone, cur maiores*
*totius anni diebus præteritis, hoc in tempore E*
*filios conſecrare voluerunt; & cur poſt noſtrum*
*giſterium imbuti, nudis pedibus vno tantum*
*mento conceſſo ad voces exorcizantium acced*
omnino neceſſe eſt, quod antè dicebamus
firmare: præſertim quia græcè γυμνοὺς κ
ποδέτους legitur; quod latinis verbis
*nudos, & nudis pedibus*. Idem verò ex Con
Conſtantinop. 2. facile eſt cognoſcere,
Act. 1. de mulieribus, quæ baptiſmali e
mo ſubditæ fuerant, duo Synodi Patres
runt: *cum eſſemus in baptiſterio neophytiſtarum*
*tunicis, & calceamentis exiſtentium, Diacon*
*exorcizantibus, venit Epiſcopus noſter Petrus,*
Quod ſi veſtibus ſolitis indutæ eſſent,
modo verè dici videretur: *ſine tunicis, & c*
*mentis exiſtentium*. Deinde S. Auguſtinus
2. de fid. ad catechum. cap. 1. cum varia
ctationis genera, quibus catechumeni ſp
bant Deum placari, conciliariquè poſſe,
ret, *quid eſt*, inquit, *dilectiſsimi, quod in vob*
*bratum eſt? quid eſt, quod hac nocte circa vos*
*eſt, quod præteritis noctibus actum non eſt;*
*cis ſecretis ſinguli producereminì in conſpectu*
*Eccleſiæ, ibique ceruice humiliata, quæ male*
*antea exaltata, in humilitate pedum, cilici*
*ſtracto in vobis celebraretur examen, atquè ex*
*extirparetur diabolus ſuperbus, dum ſuper*
*catus eſt humilis altiſsimus Chriſtus?* quo loco
dum humilitas pro nuditate poſita eſt. cum
go tam claris, atquè perſpicuis verbis
ſcriptores veſtium detractionis in exorci

meminerint; ſatis videntur declaraſſe, in exorciſmo, vix vnam veſtem, ac ne vix quidem relictam eſſe. quam ſi ad hunc locum pertinet afferre, credibile eſt, aut cilicij nomine intelligi, quod in exorciſmo veteres [a] induebant; aut quamlibet aliam fuiſſe, tegẽdis hominum pudendis accommodatam, quam, quia pro libito erat, ſuo nomine appellare ſcriptores omiſerunt. quamquam ego fallor, qui huius indumenti nomen à ſcriptoribus minimè traditum eſſe, credam. in græco enim S. Ioan. Chryſoſt. textu *induſij*, ſiuè *camiſiæ* mentio fit his verbis, μετὰ τοῦ χιτωνίσκου. quæ licet interpres, *vno tantum veſtimento conceſſo*, expoſuerit; à verè tamen græcæ linguæ perito, *cum indaſio*, verti oportuit. Cur autem ſeminudi ad exorciſmum accederent, graues pleraſque rationes afferri intelligo; quas, vt renunciationi, baptiſmo, alijſque communes, lector ſuis locis videre poterit. Sed illud etiam (quoniam in exorciſmi cæremoniis verſamur) à veteribus obſeruatum eſſe, liquet; vt velo catechumeni vultum obtenderent, ea ratione, vt clauſis oculis, quorum intentione, & coniectu animus à cõtemplatione auocatur, audiendi, & intelligendi, facultates diuina in eo myſteria, latẽteſq; ſenſus altius perciperent. Ex qua conſuetudine dixit Cyrillus Hieroſolym. procatech. ad baptizan. *abſque exorciſmis anima progredi non poterit; diuini enim ſunt, ex diuiniſq; ſcripturis collecti, velatus eſt vultus tuus, vt mens tua vacet, neuè oculus vagus efficiat, vt & mens vagetur: clauſis verò oculis aures minimè impediuntur ſalutaria ſuſcipere.* Et fortè

*[a] Aug. lib. 2. de fid. ad catechu. cap. 1.*

*Veſtis, quã catechumeni in exorciſmo induebant, erat induſium.*

*Catechumeni in exorciſmo faciem velabant, & quare.*

etiam huc alludere voluerunt Iunilius de p
tib. lib. 2. cap. 16. & Bæda in quæſt. ſuper G
dialogo Magiſtri, & diſcipuli expreſſa, cu
typi, ſiuè figuræ definitionem explicand
catechumenorum exemplum ſic adduc
*D. quid eſt ergo typus, vel figura? M. præſen*
*aut præteritorum, aut futurorum ignoratio, prop*
*ſecundum id, quod opera ſunt, manifeſtatu. D.*
*præteritorum typos. M. vt eſt catechumen*
*humilitas. typum enim gerunt ad ea paradiſi*
*cluſi, & ex conſcientia delictorum diuinum me*
*tes aſpectum, propter quod & per publicum*
*bus teſtis incedunt.* Si enim *capitis* nomine
vultum, ſed verticem intelligerent, nihil a
teris hominibus differens catechumeni p
ſtitiſſe viderentur: cum Bedæ temporib
leum geſtare omnes ſoliti eſſent. prætereq
quod etiam conſuetudinis ratio, vt Dei
ctum ſe metuere oſtenderent, eo caſu h
non haberet, quia in vultu, non in vertic
dendi facultas poſita eſt. Verum, quod fa
velo obductam fuiſſe, diximus, admon
ſunt lectores, ità intelligendum non eſſe,
inde ac rarioris materiæ panno facies c
geretur. cõſtat enim, illum ad viſione
uertendam, cuius cauſa facies obtegeba
tis non fuiſſe. Verum generaliter locu
mus: vt omne inuolucri genus ſignificat
quidem ex qua materia conſtaret, & q
eſſet, libro ſequenti cap. 11. ſignificab
Nunc, quod reliquum eſt, admonere no
ſinam: ex ipſis Iunilij, & Bedæ verbis ap
ſimè colligi, morem vultus in exorciſmo

Chriſtiani pileum geſtabant

In exorciſmo cur facies velaretur.

Velum in exorciſmo quale eſſet.

Figura vultus in exorciſmo velandi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſandi ab humani generis principe inſigni figura expreſſum fuiſſe, qui, poſtquam lethalis noxæ piaculo ſe obſtrinxit, Dei iram, & offenſionem metuens abdidit ſeſe: ideoquè Iunilij, & Bedæ authoritatem nos coniunxiſſe, quod iiſdem verbis vterque vſus eſt; ſicut legentibus liquet.

---

*In exorciſmo catechumenos ardentem cereum manu tenuiſſe, & ad ſolem occidentem ſpectaſſe.*

## CAP. XXXII.

AMplius ardentem cereum manu tenebant. Quod ex S. Cypriani profluxit fonte, qui Epiſt. 2. ad Donat. ait: *immundos, & erraticos ſpiritus ad confeſſionem minis increpantibus cogere, vt recedant, diris verberibus vrgere, conflictantes, eiulantes, gementes, incremento pœnæ propagantis extendere, flagris cedere, igne torrere.* Vbi de exorciſmo baptiſmali locutum eſſe, ſatis apparet: tum quia baptiſmum ſuum in ea Epiſtola explicat: tum etiam quod infrà ſubdit: *quantus hic animi potentatus, quanta vis eſt? non tantum ipſum eſſe ſubtractum pernicioſis contactibus mundi, vt quis expiatus, & purus nulla incurſantis inimici labe capiatur; ſed etiam maiorem, & fortiorem viribus fieri, vt in omnem aduerſarÿ graſſantis exercitum imperioſo iure dominetur?* Quæ verba ad baptiſmum referri oportere, omnes intelligunt. Et, ſi de exorciſmo, cuius vi ex ob-

feſsis hominum corporibus dœmones
tatores excutiuntur, ſermo eſſet; tamen,
idem quoquè de baptiſmali dici poſſit,
ratione mihi perſuadeo. eò magis, quod S.
guſtini verba, quibus eiuſdem rei meminit,
ſimillima videntur: ſicut apud eum videm
enarrat. in Pſalm. 65. cum explicans verba
*tranſiuimus per ignem, & aquam*, ſic ſcribit:
*nis, & aqua vtrumque periculoſum eſt. in hac*
*certè videtur aqua ignem extinguere, & ignis*
*tur aquam ſiccare: ita & ipſa tentationes ſunt,*
*bus abundat hæc vita. ignis vrit, aqua corrump*
*trumque metuendum, & vſtio tribulationis, &*
*qua corruptionis. quando ſunt res anguſtæ, &*
*infœlicitates ſunt in hoc mundo, quaſi ignis eſt.*
*do ſunt res proſperæ, & abundantia ſæculi*
*fluit, quaſi aqua eſt. vide, ne te ignis exurat,*
*qua corrumpat: noli feſtinare ad aquam, per ig*
*tranſi ad aquam, vt tranſeas & aquam.*
*& in ſacramentis, & in catechizando, &*
*cizando adhibetur prius ignis. nam vnde imm*
*ſpiritus plerumque clamant, ardeo, ſi ille ign*
*eſt? poſt ignem autem exorciſmi venitur ad ba*
*mum, vt ab igne ad aquam, ab aqua ad refrigeri*
Hæc ille. ſed ipſe Albinus Flaccus illud ip
planum facit lib. de Diuin. Offic. cap. 19.
magni ſabbati cæremonias explicans, inqu
*cereus præcedit catechumenos noſtros, lumen*
*Chriſtum ſignificat, quo præſens nox illumina*
*gratia ſcilicet Reſurrectionis, & catechumeni*
*baptiſmum venturi.* & mox infrà, vbi idem a-
gumentum exequitur: *cereus, qui nouo igne*
*cenditur, nouam Chriſti doctrinam, ſiue gratiam*

*uo teſtamento, nouamque gratiam, qua nox Dominica illuſtratur, deſignat. quod enim catechumenos pracedit ad baptiſmum, ſignificat hoc, quod columna ignis pracedebat filios Iſrael, antequam mare rubrum tranſirent. vbi etiam figuraliter initium ſumpſit baptiſmus.* Ex quibus Cypriani, Auguſtini, & Albini teſtimoniis facilè colligi poteſt, non modò eius cerei figuram in igne, qui Hebræos, rubrum mare traiecturos, planè diuinitus præceſsit, expreſſam eſſe, verum etiam cauſam in mali dœmonis expulſionem, aut humanæ mentis ex Dei ſapientia illuſtrationem conijci oportere. quibus adijci volumus, ignem & fidei ſignum fuiſſe, quæ, ſicut ille, ſemper ad ſuperiora contendit, & expiationis ſymbolum, quod eo veteres in purgationibus maximè vtebantur. De quo Iacobus Durantius 2. Variar. cap. 1. Demum ſic conſtituti ad Solis occaſum vertebantur; quod & Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. affirmat: & nos in infantum baptiſmate ſeruamus: non ſolum ob eas rationes, quas in renunciatione attulimus: ſed etiam vt ſignum eſſet, occidere in eo veterem hominem, & nouam vitam ei in poſterum inchoandam.

Cerei, qui in exorciſmo adhibebatur, figura.

Cerei in exorciſmo adhibendi rationes. Cereo veteres vtebantur in purgationibus.

In exorciſmo catechumeni vergebant ad occidẽtem, & quare.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Exorciſmum triplici inflatione peractum eſſe;* ... *& in quas partes, & à quo fieret; ac de loco, forma, miniſtro. ac orationibus in eo adhibitis.*

## CAP. XXXIII.

Exorciſmus, fiebat triplici inflatione.

SVbnectam hic opportunè modum, qu... triplici inflatione poſitus erat. De... tam multa veterum teſtimonia afferri poſ... vt ſingula enumerare, penè infinitum ſit. Q... rè ſatis erit pauca notare, ex quibus noſtr... pinionis fides facilè erui poſsit. Primo... S. Auguſtinus inflationis ità meminit li... ſymb. ad catechum. cap. 5. cum habet: ... *vidiſtis hodie, ſicut noſtis, & paruuli exſuffla... & exorcizantur, vt pellatur ab ijs poteſtas ... quæ decepit hominem.* & epiſt. 105. dum inf... peccati inhærentis contagione infici, c... Manichæos aſſerit, *quid ad hoc*, inquit, ... *deant, cum exorcizantur, & exſufflantur in ... hoc enim procul dubio fallaciter fit, ſi diabol... non dominatur, ſi autem dominatur, & ideo ... fallaciter exorcizantur, & exſufflantur, per ... dominatur niſi per peccatum princeps vtique p... catorum?* Accedit Gregorij Magni teſtimon... libro ſacramentorum vbi catechumeni co... ſtituendi cæremonias referens, ad Eccle... miniſtros ait: *ad catechumenum ex Pagan... ciendum Gentilem hominem cum ſuſceperis, p...*

*catechizes eum diuinis ſermonibus, & des ei monita, quemadmodum, poſt cognitam veritatem, viuere debeat. Poſt hæc facies eum catechumenum, & exsuffles in faciem eius.* Præterea qui Ordinem Romanum legerit de denũciat. ſcrut. ad elect. id, quod probamus, apertè reperiet. inquit enim; *tunc exſufflet in faciem tribus vicibus, dicens: exi immunde ſpiritus, & da locum ſpiritui ſancto paracleto.* His autem omnibus ex parte conſentiunt, quæ Yuo Carnotenſis ſerm. de ſacram. neophyt. ſcribit. Nam, cum omnes baptizandorum cæremonias diligenter explicaret, ita loquitur: *exſufflatur poſtea malignus ſpiritus foras, quod myſteria ſacra ſignificant, quando paruulus exſufflatur, & exorcizatur.* Atque in eandem ſententiam apertiſſimè ſcripſit Hugo à S. Victore lib. 1. ſacrament. cap. 18. in hæc verba: *exſufflatur non quidem creatura Dei in ipſo, ſed Diabolus, in cuius regno propter peccatum natus eſt, exſufflatur ab ipſo, id eſt per Spiritum ſanctum, cuius ſignum eſt flatus exterior, amouetur: dum per ea, quæ ibi dolet agi poteſtas eius minoratur, nondum omnino tollitur.* Quod ſi quis plura ſcriptorum teſtimonia deſiderat, nullius negocij erit, Concilium Conſtantinopolitanum ſextum, Bedam, & Nicetam Choniatem adiicere, ſexcentoſque alios, quorum de hac re perſpicuas ſententias paulo poſt ex parte referemus. Neque enim ſatis eſſe ducimus, inflandi conſuetudinem docuiſſe, niſi & rationem, modum, originemque vnde illa profecta ſit, explicemus. Quamobrem, vt intelligas, ea inflatione dœmonis expulſionem ſignificatã eſſe, nõ modo

Inflatio in exorciſmo ſignificabat expulſionem dæmonis.

Sancti Auguſtini, Ordinis Romani, Iuonis, Hugonis teſtimonia iam allata repetere po teris, ſed etiam alia conſulere, cum eiuſdem Auguſtini lib. 2. de nupt. & concupiſc. cap. *baptizandi paruuli non ob aliud exſufflantur, vt ab iis princeps mundi mittatur foras*, Et lib. cont. Iulian. cap. 4. *profecto exorcizatus, & ſufflatus es, vt à poteſtate erutus tenebrarum, tranſ ferreris in Regnum Chriſti*, tum Gregorij Magni lib. ſacram. vbi ait: *& exſufflat ter in faciem di cens: exi ab eo Satana, redde honorem Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritui paracleto.* Michael tamen

Alia cauſa, cur inflatio in exorciſmo adhiberetus.

Glycas part. 1. Annal. putat, vitales ſpiritus animæ originis vitio mortuæ redeunt, indi ri ſolitos eſſe, de quo verba eius hæc ſunt: Do *minus, cum ex mortuis reſurrexiſſet, rurſus Apo ſtolos afflauit, & dexit: accipite Spiritum ſanctum nec enim ferre poterat, vt non de integro Spiritus ſan cti participes eſſe declaremur: quem etiam hodie ſa cerdos ei, qui baptizatur, afflat, quaſi vitæ eius re tuens animam, ex Adami tranſgreſſione mortuam.*

In exorciſmo ſpiritus impellebatur io faciē & aures.

Duasa utem in partes, faciem, & aures, ſpiri tum impelli ſolitum eſſe, veterum ſcriptorum authoritas docet. nam, cum Concilij Conſtan tinopolitani 6. Patres ita ſcribunt: *primo qui dam die eos Chriſtianos facimus, ſecundo autem ca techumenos, ſimul etiam ter in faciem, & aures in ſpiramus:* & Nicetas Choniat. lib. 2. Orthod. fid. *Sacerdos enim illum denuo in templum duc & inſufflans ter in faciem eius, & aures eius, tan demque etiam exorciſmorum orationes adiiciens eum rurſus ſigno crucis munitum à ſe demittit:* a perte cognoſcitur, vtraſque tam faciem

quam aures inflatu peti conſueuiſſe. cum vero ſancti Gregorij magni verba intuemur lib. ſacrament. *poſt hæc facies eum catechumenum, & exſuffles in faciem eius*, & paulo poſt: *exſufflabis in faciem, dicens: exi ab eo Satana*; fateri neceſſe eſt, eandem faciem ſolenni cæremonia inflatam eſſe. Nec dubium eſt, quin à miniſtro hęc cæremonia perageretur, ſi quis ſancti Auguſtini, Bedæ, ac aliorum loca iam allata diligenter conſideret. cum enim ibi paruulorum inflationis mentio fit, iam palam eſt, ipſam inflationem à miniſtro factitatam, vt interea prætermittam ſancti Auguſtini teſtimonium, qui lib. de Eccleſ. dogmat. id apertiſsimè tradidit his verbis: *non prius fontem vitæ adeunt, quā exorciſmis, & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur.* Tertium reſtat, quod id hac cæremonia non poſtremum locum obtinet, quod quidem, iam duobus aliis explicatis, facilius à nobis tractari poſſe, exiſtimandum eſt, locus videlicet, & forma. Ac de primo quidem ſatis conſtat, eum in Eccleſiæ veſtibulo fuiſſe: quoniam Ioannes Belethus lib. de Diuin. Offic. cap. 90. ait: *poſtquam à ſacerdote ſatis in fide inſtructi ſunt, atque exorciſtæ ſuper eos fecerunt adiurationes, ab Oſtiario in Eccleſiam introducuntur.* Forma vero etiam à noſtra parum diſcrepabat: ſcribentibus ſancto Gregorio lib. ſacrament. *Exorcizo te immunde ſpiritus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. ipſe enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus ſuper mare ambulauit*, & Ordine Ro-

Inflatio in exorciſmo fiebat à miniſtro.

Exorciſmi locus in Eccleſiæ veſtibulo.

Forma exorciſmi vetus eadem cū noſtra.

mano de denunciat. ſcrutin. ad elect. *mundę ſpiritus, & da locum Spiritui ſancto* ... *eleto.* Et quamuis ibi nulla miniſtri mentio ... beatur, tamē putare debemus, alium à bapti- mi miniſtro extitiſſe, ſiue is communi vo- bulo clericus appellandus ſit, vt S. Augu- placuit lib. de Eccleſ. dogmat. *non prius* ... *vitæ adeunt, quam exorciſmis, & exſufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur.* ... Diaconum dicere velimus, teſte Concilio Con- ſtantinopolitano 2. act. 1. *Stephanus, & Stephanus dixerunt, cum eſſemus in baptiſterio* ... *phyſitarum, ſine tunicis, & calceamentis* ... *tium, diaconis ipſas exorcizantibus:* ſiue de- ad exorciſtas referre oporteat, de quo eſt ... Ioannem Belethum de Diuin. Offic. cap. ... *exorciſta debet prius baptizandos interrogare,* ... *etiam abrenuncient Satanæ, & omnibus eius* ... *pis: poſtquam à Sacerdote ſatis in fide inſtructi* ... *atque exorciſtæ ſuper eos fecerint adiurationes,* ... *ſtiario in Eccleſiam introducuntur.* Adiunctæ ...

*Exorciſmi miniſter diſtinctus à miniſtro baptiſmi. Miniſter exorciſmi vel clericus vel exorciſta, vel Diaconus.*

*Orationes veteres exorciſmi eædem cũ noſtris.*

etiam erant variæ precationes noſtris om- nibus perſimiles, quæ à Gregorio Magno ... ſacram. Seuero Alexandrino lib. de bapt. ... Niceta Choniate lib. 2. orthod. fid. dilige- allatæ, meæ ſcriptioni locum non relinqu-

*De manus impoſitione.*

## CAP. XXXIV.

Mihi autem ad impoſitionem manus intento ſtudio properandum eſt. cuius antiquitatis comprobandæ cauſa, ab Apoſtolicis conſtitutionibus exordiri placuit, in quibus ſic legitur: [a] *hæc, atque huiuſmodi diſcat in Catecheſi, qui ad baptiſmum accedit, adoret autem: qui manus imponit, ipſum Deum cunctorum dominum.* Ex hoc loco crediderim rerum diuinarum ſcriptores eiuſdem rei ſignificandæ occaſionem deſumpſiſſe, quorum magna copia legentibus ſuppetit. S. quidem Dionyſius, qui ipſis Apoſtolis ſuppar fuit, lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt. cum omnes baptiſmi cæremonias explicandas ſuſcepiſſet, inquit: *explanata eidem diuina vita, &, vt ita dicam, conuerſatione, ex eo præterea quærit, num ita conſtituat viuere: cum promiſit, manum eius capiti admouet, ſignoq; edito, ſacerdotibus imperat, vt viri, atq; ſponſoris nomina perſcribant.* Seuerus quoque Sulpitius de vit. S. Martini, cum eius egregias virtutes, & rei Chriſtianæ augendæ ſtudium referret, *impoſitionem manus deſiderare,* pro *catechumenorum claſſem appetere*, dixit illis verbis: *nemo fere ex immani illa multitudine gentilium fuit, qui non impoſitione manus deſiderata, Dominum Ieſum, relicto impietatis errore, crediderit.* & lib. de virtutib. S. Martini, poſteaquam gentilium vota, &

Manus impoſitio in catechiſmo.

a li. 7. c. 39.

melioris religionis amplectendæ propo
explicauit, tum ſubdit: *nec cunctatus, in m*
*erat, campo cunctos impoſita vniuerſis manu ca*
*menos fecit, cum quidem ad nos conuerſus di*
*non irrationabiliter catechumenos in campo fie*
*ſolerent martyres conſecrari:* Neque etiam ad
rem comprobandam deſunt illuſtria S. A
ſtini teſtimonia: ſed illud præclarum, a
uiſſimum eſt, quod lib. de peccat. merit. &
miſſ. cap. 26. legitur. ait enim: *non vniuſ*
*ſanctificatio. nam & catechumenos ſecundum*
*dam modum ſuum per ſignum, & orationem m*
*impoſitionis puto ſanctificari.* Quare à Petro C
ſologo dictum eſt, cum eorum cæremo
qui à gentili caligine, ac tenebris eruebat
ſerm. 52. referret; *hinc eſt, quod veniens e*
*bus impoſitione manus, & exorciſmus ante*
*ne purgatur, & apertionem aurium percipit,*
*dei capere poſſit auditum.* Quod etiam à L
Pontifice ſignificatum credimus, cum E
78. ad vniuerſ. Camp. Samn. & Picen. E
cap. 1. inquit: *vt circa renouandos nihil d*
*Eccleſiaſtica, nihil in exorciſmis impoſitu man*
*nihil ipſa ieiunia, quibus vetus homo deſtrue*
*rentur*, & à S. Gregorio Magno homil. 39.
16. Marc. *ſancta quippe Eccleſia quotidie ſp*
*liter facit, quod per Apoſtolos tantum corpo*
*faciebat. nam ſacerdotes eius, cum per exorciſ*
*tiam manum credentibus imponunt, & hab*
*malignos ſpiritus in eorum mente contradicunt,*
*aliud faciunt, quam dæmonia eiiciunt?* Item
ſacram, *prius catechizes eos, impoſita manu*
*capita eorum*: & paulo poſt, *facias eum cate*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*menum, & exſuffles in faciem eius, & facias eũ crucem in fronte, & ponas manum ſuper caput eius.* Quibus locis quamquam id manifeſtè comprobatur, tamen vt nullus dubitandi locus relinquatur, idem clariſsimis Seueri Alexandrini, & Ordinis Romani teſtimoniis confirmabo, quorum ille lib. de bapt. *& imponit,* inquit, *eis manus ſacerdos, atque hanc adiurationem dicit, in omni inuocatione faciens crucem ſuper vultum eorum:* hic vero de denunciat. ſcrutin. ad elect. *eadem die tanguntur aures, & nares catechumenorum digitis presbyterorum, & imponens manum ſuper capita eorum, dicat: omnipotens,* &c. de die Sabb. S. *hoc expleto, ambulat in circuitu, impoſita manu ſuper capita eorum.* Quæ verba cum mecum ipſe attentè conſiderarem, cœpi primum exiſtimare, manus impoſitionem à catechumenorum cæremoniis eximi oportere: quoniam Paſchatis peruigilio factam eſſe, intelligebam. verum cum poſtea meminiſſem, omnes cæremonias baptiſmi die repeti ſolitas eſſe, tum priorem ſententiam exuendam eſſe, animaduerti, & ad ea teſtimonia mentem adijciendam, quibus planum erat, ad catechumenorum cæremonias pertinere. ea ſunt primo Authoris Conſtitut. Apoſto. Dionyſij, Sulpicij, Gregorij, & Ordinis Romani verba, quæ paulo ante citaui, denuo aduocaturus, ſi opus ſit: deinde S. Auguſtini locus li. 2. de bapt. paruul. c. 37. vbi inquit: *nõ vniuſmodi eſt ſanctificatio, nam & catechumenos ſecundum vnum ſuum quendam modum per ſignum Chriſti, & orationem ſub manus impoſitione puto ſanctificari:* poſtremo

Albini Flacci authoritas lib. de Diuin. Off.
cap. 19. cum habet: *ponit manum ſuper capu-*
*rum, & dicit orationem ad catechumenum fa-*
*dum.* Sed quia cæremoniarum, quæ in ca-
chiſmo adhiberi ſolebant, non ſatis eſt an-
quitatem, vel tempus oſtendere, conabor
fidelibus ea tradere, ex quibus huius con-
tudinis cauſa, & origo percipi queat. Et
tem ea ceremonia à Chriſti Domini bapti-
accepta, in quo nobilis vates humani ge-
vindicem Iordanis flumine lauaturus, ca-
num impoſuit: ſicut ex Seuero Alexandr.
lib. de bapt. colligitur. nam, cum eius cæ-
monię vſum, & conſuetudinem retuliſſet,
quit: *acceſsit Ioannes tanquam Sacerdos bened.*
*& impoſuit dexteram ſuam capiti Domini ſui,*
*ſpiritus ſanctitatis in ſimilitudinem columbæ*
*deſcendit, manſitque ſuper caput filij, & ſuper*
*quas incubuit.* Eiuſdem vero conſuetu-
eam rationem afferre poſſumus, quod in b-
tiſmo ad Dei famulos aggregamur, atque
Eccleſiæ ditionem concedimus. Quare c-
ſentaneum fuit, vt veteres Chriſtianæ reli-
nis Antiſtites, qua cæremonia ſeruitutis
poſſeſsionis iura exprimi ſolerent, eadem
in ſalutaris baptiſmatis adminiſtratione
rentur. Nemo autem dubitat, eam in ma-
impoſitione potiſſimum ſitam fuiſſe, ſi-
Iob caput 17. 19. & 22. Ciceronem 1. de-
Virgilium 10. Æneid. Ouidium 4. Faſt. S. A-
guſtinum lib. 1. cont. Academ. & Martin.
de Roa lib. 1. ſingular. conſular. Sed ead.
conſuetudo etiam alia ratione confirmari

reſt. Etenim impoſitione manus ea reconciliatio ſignificabatur, qua, qui extra Eccleſiam fuerat cum Eccleſia gratiam inibat: eo quod reconciliatio, vt in abſolutione eius, qui conſcientiæ ſordes confeſsione deterſit, vel anathematis vinculo fuerat irretitus, per quãdam manuum impoſitionem fieri ſolita ſit. Varia manus impoſitionis genera hoc loco afferri poſſunt: ſed non neceſſe eſt. conſtituto enim eo, quod ad rem præſentem pertinet, in catechiſmo manum ſuper caput impoſitam eſſe, reliqua deinceps perſequemur.

---

*Vnctionem olei in catechiſmo adhibitam.*

## CAP. XXXV.

AC quoniam baptiſmus ad Chriſtiani nominis aſſecutionem nos adducit optimo iure Patres ſtatuerunt, vt ante baptiſmũ cæremonia adhiberetur, qua homines, *Chriſti*, merito dici poſſent. Ea in olei vnctione ſita erat. quæ quidem cæremonia cum ab ipſis Apoſtolis ſeruata, præceptaque ſit, ea perpetuo catholica Eccleſia vſa eſt. ad cuius rei probationem duplici via, & ratione poſſumus peruenire. Prima eſt, cum Patres, qui ab Eccleſiæ primordiis, atque omni deinceps tempore floruerunt, quique Eccleſiaſticæ obſeruationis locupletiſsimi teſtes ſunt, in medium adducimus. Ex his vero nullus eſt, qui eius conſuetudinis non apertè meminerit: quorum teſtimo-

nia ſigillatim citare, quoniam infiniti labo-
eſſet, ſuffecerit attuliſſe, quæ inſigniores
religionis magiſtri ſuis ſcriptis teſtata relique-
runt. Primus igitur aduocetur Author Con-
Apoſtol, qui lib. 3. cap. 17. docet, oleum in
techeſi ſpiritum ſanctum ſignificaſſe, his ver-
bis: *baptiſmus datur in mortem filij, aqua adhi-*
*tur pro ſepultura, oleum pro Spiritu ſancto, ſigi-*
*crucis pro cruce, Chriſma confirmatio confeſſionis*
& lib. 7. ca. 23, idem tradit, inquiens: *Vnges*
*prius oleo ſancto, deinde baptizabis aqua, poſt*
*ſignabis vnguento chriſmatis, vt ſit oleum*
*nis participatio ſpiritus: aqua ſymbolum mortis,*
*gentum chriſmatis ſigillum pactionum.* Rufinus
dem ca. 42. cum cæremoniarum ordinem
ſcriberet, ait: *poſt renunciationem vero, cum*
*bitur Chriſto, dicat: adſcribor, & credo, poſt hanc*
*feßionem venit ad olei vnctionẽ.* Deinde in
tem veniant, quę Clemens Pontifex epiſt.
offic. Sacerd. & cleric. ſcripſit, hunc ipſum
ptizandi ordinem tradens: *baptizetur vnuſ-*
*que in aquis perennibus, nomine trina beatitudinis*
*ſuper ſe inuocato, perunctus primum oleo per*
*nem ſanctificato: vt ita demum per hæc conſecratus*
*poßit percipere de ſanctis.* tum S. Dionisij autho-
tas addatur: qui quidem cum multis aliis
locis hanc conſuetudinem profitetur, & d-
cet, tum vero præcipuè cap. 2. Eccleſ. Hier.
vbi inquit: *poſtèaquam ter rurſus profeſſus eſt,*
*ille, cum precatus eſt, benedicit, manuſque impo-*
*cum ei plane veſtes miniſtri detraxerunt, tum ſacer-*
*dotes ſacrum vnctionis oleum afferunt; ipſe, cum*
*ungendi, & perfundendi ter exprimẽdo ſignum*

*in principium fecit, virumque deinceps perfundendum toto corpore ſacerdotibus tradidit, ad matrem adoptionis venit*, &c. His vero mirum in modũ congruunt, quę S. Iuſtinus martyr ſemper docuit, atque in primis lib. reſponſion. ad Chriſtian. quæſtion. ait enim: *veteri oleo inungimur, vt Chriſti, vnctique ſiamus, vnguento autem ad recordationem eius, qui vnguenti vnctionem ſepulturã ſuam eſſe putauit.* Suppetit etiam Theophili Antiocheni locus lib. 1. ad Autolyc. vbi oleo vngendi conſuetudinem ex variis rebus, quæ vnctione dignitatem acquirunt, ita commendat: *quis mortalium, qui progreditur in hanc vitam, quæ certaminum arena eſt, non oleo inungatur? quodnam opus ornatum haberi poteſt, niſi perungatur, & quaſi ſplendore illuſtretur? Præterea aer, & omnis, quæ ſub cœlo eſt, creatura, quodammodo ſpiritu, & lumine inungitur, & tu recuſas macerari Dei oleo? certè nulla ex alia re Chriſtianorum nomen traximus, quam quod diuino oleo perfundimur.* Nec alienum ab hoc loco fore exiſtimo, ſi Tertulliani verba ſubijciam, quæ lib. de reſurrect. carn. habentur: *caro* (inquit cap. 8.) *abluitur, vt anima emaculetur, caro vngitur, vt anima conſecretur.* Affinia ſunt, & illa S. Baſilij lib. de Spirit. Sanct. ca. 27. *conſecramus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, atque ipſum adeo baptizandum. Sed quibuſnam ex ſcripturis? num ex ſilentio prodita & myſtica, ſiue arcana traditione? ipſam porro olei vnctionem quanam ſcripta docuit doctrina?* & Sancti Ambroſij lib. 1. de ſacrament. cap. 2. *venimus ad fontem, ingreſſus es: conſidera, quos videris, quid locutus ſis, conſidera; repete diligenter*

*occurrit tibi leuita, occurrit presbyter. vnctus es q*
*athleta Christi, quaſi luctamen huius ſæculi lu*
*rus*, &c. Et S. Auguſtini tractat. 44. in Euang
Ioan. *ecce modo loquor, vt fidelibus, & catechu*
*nis, quod dixi de ſputo, & luto, quia Verbum*
*factum eſt, & hoc catechumeni audiunt, ſed non*
*ſufficit, ad quod inuncti ſunt, feſtinent ad lauacr*
*ſi lumen inquirunt.* Ac Smaragdus præterea
eo aperte in Epiſt. Sabb. Pentecoſt. olei v
ctionem in baptiſmo adhibitam eſſe, affir
vt eius verba nullis poſſint hæreticorum
nefariorum interpretationibus obſcurari
ſum, queſo, audiamus: *vnde etiam his, qui*
*tizandi ſunt, pectus de oleo, & ſcapulæ tang*
*Vt illius olei, ſancti videlicet ſpiritus vnctione*
*ti, contra omnia proſpera, ſiue aduerſa ſint c*
*ſpecti.* Denique confirmatur Rabani M
authoritate lib. 1. de Inſtitut. cleric. ca.
hanc quæſtionem diligentiſsime tractat
*getur*, inquit, *illius tunc pectus de oleo ſancti*
*cum inuocatione ſanctæ Trinitatis, vt nulla v*
*latentis inimici in eo reſideant, ſed in fide ſanctæ*
*nitatis mens eius confortetur; vngetur & inte*
*pulas de eodem oleo, vt vndique muniatur, & a*
*na opera facienda per Dei gloriam roboretur.* A
reſtat via, qua ſanctæ Eccleſiæ conſuetudi
in iis, quæ ad vnctionem pertinent, inue
re liceat, eorum ſcilicet, qui in baptiſmo v
fuerunt, exempla, quorum cum magna c
lectoribus ex veterum hiſtoria ſuppetat
eſt, cur in eis afferendis diutius immorer
vnum tamen adducam maxime illuſtre,
perſpicuum, ex quo iudicium de cæteris fi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fieri poterit. hoc in Conſtantini Magni vita legimus, qui ſubeunte animum impuræ vitæ pœnitentia, cum ſacro lauacro admouendus eſſet, præter alias Eccleſię cæremonias, etiam oleo delibutus fuit, vt eſt apud Nicephorum Calliſtum lib. 7. cap. 33. *iam oleo inunctus Conſtantinus lauacrum ingreditur: atque more recepto ſanctiſſimæ Trinitatis fit inuocatio.* Si quis autem de huius vnctionis vſu curioſius interroget, nũ ab Apoſtolis, an vero ab eorum ſucceſſoribus inſtitutus fuerit, quamquam Honorius Auguſtodunenſis libris, qui gemma animæ inſcribuntur, lib. 3. cap. 106. ad Clementem retulit, ſic ſcribens: *ſciendum eſt, quod Apoſtoli, & eorum diſcipuli in fluuiis, vel ſtagnis, vel in fontibus baptizabant: ſed Clemens, docente Petro, chriſma, vel oleum addidit*: tamen, quin ego ab Honorio diſcrepem, nullo modo facere poſſum. exiſtimo enim, non Clementem, ſed Apoſtolos vnctionis adhibendæ authores fuiſſe. quod docendi cauſa potius aſſero, quam quo Honorium reprehenſum velim. meę autem opinionis fundamentum in Authoris Conſtit. Apoſtolic. verbis poſitum eſt. nam, cum ille lib. 3. cap. 17. & lib. 7. cap. 23. & 42. vnctionis olei meminerit, perſpicuum eſt, Apoſtolos Clemente priores eam inſtituiſſe. Neque tamen Honorius valde reprehendẽdus eſt: tum quod eo loco potius de vſu in fluuiis baptizandi, quam de vnctione tractaret: tum etiam quia dubitandi particula vſus eſt, *chriſma, vel oleum*, ſcribens: vt, ne ſe quidem illud certo affirmare, declararit.

Vnctionis vſus ab Apoſtolis inſtitutus.

*Cur baptizandi oleo inungerentur.*

## CAP. XXXVI.

AC profecto ſatis mirari fideles ni
poterunt ſanctæ Eccleſiæ ſapien
eiuſque prudentię altitudinem: cum in
mi ſacramento olei vnctionem adhibe
ſtituit. ea enim non ſolum Chriſtiani no
appellationem conſequimur, vt ante
eſt, ac Iuſtini, Theophilique teſtimo
monſtrarunt, verum etiam alia plura m
indicantur, quę nobis ſummam quand
litatem, & fructum parere poſſunt. Pr
enim intelligimus, quantum ſpei, conſ
dæ ſalutis homini affulſerit, cui datum
ſigni habere, quo re ipſa in cœleſti be
ne potietur. quare ſapienter à Procop
zæo dictum eſt explanat. in illud Exod
*eos aqua: ſic & nos abluti, & repurgati ſacr*
*mate, recipimus gratiam cœleſtem, lætitiæ*
*nicam: ſicut ſcriptum eſt: induite Dominum*
*Chriſtum. oleo inungit, quemadmodum habe*
*ſcripturæ elogium; impinguaſti oleo caput me*
*vnctio indicat ſpei alacrem hilaritatem, q*
*vitæ ſanctorum: vel ſignificat viſitationem c*
*qua nos viſitauit Chriſtus.* Deinde altera c
cauſa accedit, cur vnctionis inſtitutio o
tuna videri poſſit, vt nimirum, quia luct
& athletę olim ante pugnam vngi ſoleba
tanquam nota, & ſymbolo ad ſpirituale

Propter vnctionem Chriſtani appellamur.

Prima cauſa vnctionis olei.

Secunda cauſa.

men ſtrenuè obeundum, & victoriam de hoſtibus referendam accendamur. quod multorum Patrum teſtimonia confirmant. Cyrillus quidem Hieroſolymitanus catech. 3. myſtag. poſteaquam multas baptiſmi cæremonias explicauit, de olei vnctione ſic ſcribit: *deinde vero aures inunguntur, vt ad audiendum diuina myſteria aures accipiatis: de quibus dicebat Eſaias: & addidit mihi Dominus aures ad audiendum: poſtea nares, vt diuinum accipientes vnguentum, dicatis, Chriſti gratus odor eſt Deo in his, qui ſaluantur. tunc vero & pectus inungitur, vt induti thoracem iuſtitiæ, fortiter aduerſus inſultus diaboli cõſiſtatis.* quod & longè melius à S. Ambroſio traditum eſt lib. 1. de ſacram. cap. 5. cum ait: *venimus ad fontem, ingreſſus es, conſidera, quos videris, quid locutus ſis, conſidera: repete diligenter, occurrit tibi leuita. occurrit presb. vnctus es quaſi athleta Chriſti, quaſi luctamen huius ſaculi luctaturus. quando te interrogauit, abrenuncias,* &c. S. Deinde Io. Chryſoſt. homil. 6. in ca. 2. Epiſt. Paul. ad Coloſſ. eandem rationem afferens, inquit: *abrenunciamus tibi Satana, & tibi nomen damus, & in tuorum militum numerum adſcribimur Chriſte,* &c. *hæc omnia ſunt pactum conuentum, illic ſeruus Chriſti cum Domino, hic amicus cum amico. aduenit Deus, & hic nuditas, & illic nuditas: ſed ille quidem, cum peccaſſet, nudatus fuit, quoniam peccauit, hic autem nudatur, vt liberetur; exuit tunc ille gloriam, quam aliquando habuit: nunc autem exuit hominem. vngitur, ſicut athletæ ſtadium ingreſſuri.* & homil. in c. 4. Matth. *athleta ante certamen vngitur, vt luctetur; ſic homo ſpiritualiter ideo oleo vngitur, vt con-*

*tra diabolum quaſi ſpiritualis athleta luctetur.*
vero S. Auguſtinus ſerm. 3. primæ part. eos,
ad Euangelij veritatem ab impia ſuperſtitio-
ne traducti erant, illuſtri vnctionis mem-
ad vitam piè, laudabiliterque traducendam
hortatur: *baptizatus es, mundatus es, vnctus*
*reſtauratum eſt corpus tuum ad priorem ſtatum*
*ris illius hominis ante peccatum: noli poſtmodum*
*male ſecurus eſſe. ad agonem perduceris, contra dia-*
*bolum, & vitiorum principem. dimicabis in*
*huius mundi vtriuſque partis, Chriſti ſcilicet,*
*diaboli: infinita hominum multitudo te expe-*
*ctantem, &, vter vincat, vide omnem turbam*
*mia intentione pendentem, non de te triumphet*
*diaboli,* &c. Poſtremo autem Seuerus Alexan-
drinus lib. de bapt. ait: *tunc ſignat oleo*
*cerdos eum, qui baptizatur, tribus crucibus*
*frontem eius factis atque in hunc modum dici-*
*netur talis N. oleo lætitiæ aduerſus omnem*
*inimicam: & vngit omnia illorum membra,*
*nus, & pedes, & nares eorum: tum demum*
*untur ſuis veſtimentis.* Quibus addi poſſunt
rhor Ordinis Romani de Ioue ſanc. Ber-
Augienſis l. 1. de Eccleſ. offic. cap. 8. Com-
plator in S. Dionyſ. de Eccl. Hierarch. ca.
Ordo baptiſmi ſecundum vſum Æthiopum.

Tertia cauſa.

Tertia cauſa fuit, vt ex eius recordatione
les ad ſpirituale͂ lętitiam excitentur: iuxta
Conſtitut. Apoſt. lib. 8. ca. 29. *aquam, &*
*benedicat Epiſcopus, oleum ad exhilarãdam*
*in exultationem lætitiæ,* & Seueri Alexan-
lib. de bapt. *ſignatur talis N. oleo lætitiæ*
*omnem efficaciã inimicam.* quod quidẽ antiquum

obſeruationibus affine eſt: quos ad lætitiæ ſignificationem oleo vnctos fuiſſe, plura gentilium, & ſacræ ſcripturæ teſtimonia oſtendunt. Sed quarta etiam cauſa afferri poteſt, quare vnctionis cæremoniam inſtitutam eſſe, credendum ſit, vt in baptiſmo criminum remiſſionem effici, & omnem corporis, animique maculam deleri, exiſtimemus: dicente Ordine Romano de die Iou. ſanc. *ex eo vngi debent in remiſſionem omnium peccatorum:* & paulò poſt: *vt, ſi quæ illis aduerſantium ſpirituū inhæſere macula, ad tactum ſanctificati olei huius abſcedant:* Bernone Augienſi lib. 1. de Eccleſ. Offic. cap. 8. *ſequitur exorciſmus olei. illo inunguntur catechumeni, vt, ſi quæ maculæ inhæſerunt corpori, aut menti, poſtquam ad ſcrutinium acceſſerunt, recedant: &* Guiberto Tornaco de Offic. Epiſcop. cap. 41. *eſt aliud oleum, quod dicitur ad catechumenos: illo vnguntur catechumeni, vt, ſi quæ maculæ inhæſerint corpori, aut menti, recedant ad tactum olei.* Præterea alias etiam grauiſsimas fuiſſe cauſas vnctionem inſtituendi, ex aliis multis Patribus oſtendi poteſt. vnctione enim Dei miſericordiam conſequi, & cœleſtem viſitationem accipere videmur. Quamobrem Author Conſtit. Apoſtol. lib. 3. cap. 43. ait: *benedicitur hoc oleum ab Epiſcopo in remiſsionem peccatorum, & preparationem baptiſmi: ſic enim inuocat Deum, vt ſanctificet oleum in nomine Domini Ieſu Chriſti, & tribuat ei gratiam ſpiritalem, & vim efficientem, & remiſsionem peccatorum.* Et Eucherius Lugdunenſis Domin. 4. poſt Pentecoſt. *oleo baptiſmus ſanctificatur. Nos quoquè ideò toties oleo ſumus*

Oleo Gentiles, & Hebræi vtebātur ad lætitiam indicandam.

Quarta cauſa.

Quinta cauſa.

*inuncti, vt ſemper miſericordiæ memores ſ*
Quò etiam ſpectant Ioannis Damaſcen
ba lib. 4. Orthod. fid. cap. 10. *oleum in bapti*
*te aſſumitur, vnctionem ſignificans, & Chriſt*
*eſt, vnctos nos efficiens, & miſericordiam Dei*
*annuncians per Spiritum ſanctum*; & Proc
Gazei in illud Exodi; *ablues eos aqua: ill*
*indicat ſpei alacrem hilaritatem, quæ adeſt*
*ctorum: vel ſignificat viſitationem cæleſtem, qu*
*viſitauit Chriſtus.* Magnam deinde vim
Sexta cauſa vnctio non ſolum ad voluntariam corpo
flictationem indicandam, qua catechu
numini propitiando operam dabant; vt
pud Theophilum Antiochenum lib. 1. ad
tolyc. *aer, & omnis, quæ ſub cœlo eſt, creatur*
*dammodò ſpiritu, & lumine inungitur, &*
Septima cauſa. *cuſus macerari Dei oleo?* ſed etiam ſeptem
tus ſancti chariſmata ſignificanda, quæ,
ſalutari fonte abluimur, in animam no
infunduntur. De ijs enim ità loquitur C
lus Alexandrinus ad cap. 55. Eſa. *Illud*
*propheta ſignificat, quo in baptiſmo inungimur*
Octaua cauſa. *eſt ſignum ſpiritus ſancti.* Poſtremò, quod
cramẽtorum adminiſtratione plurimi fi
dum eſt, fœtorem ex praua conſcientia
nantem comprimit, & expellit, noſque
tæ puræ, atque integerrimæ conſeruatio
exercet; dum ſenſibili elemento ſubijce
cogimur, quod putredinem amouendi v
bet. Sic enim S. Cyprianus indicare volui
de Chriſm. vnct. & ali. ſacram. (ſi tamen C
priani eſt ille liber, de quo plurimi dubi
cum ait: *hoc oleo inuncti cum ſpiritualibus neq*

*colluctamur, nec fœtoribus ſpuriis imbui poſſumus.* Hæc ſunt, quæ potiſſimum de vnctionis antiquitate, & rationibus afferenda eſſe duximus.

---

*Nudos olim vngi ſolitos eſſe; ac vnctionem in figuram crucis expreſſam.*

## CAP. XXXVII.

QVæ quoniam huius cæremoniæ cognitionem minimè adæquant, docere deinceps oportet, quo habitu ad vnctioné acceſſerint, ac præterea qui modus adhiberi ſolitus fuerit. Primum igitur ſciendum eſt. nudos ſe vnctioni ſubieciſſe. illuſtria enim ſunt eius rei teſtimonia in SS. Patribus, Dionyſio Areopagita de Eccleſ. Hierarch. cap. 2. *cum ei planè veſtes miniſtri detraxerunt, tum ſacerdotes ſacrum vnctionis oleum afferunt: ipſe cum inungendi,* &c. Cyrillo Hieroſolym. catech. 2. myſtag. *deinde vero iam exuti, exorcizato oleo à ſummis capillis ad infimos vſq; peruncti eſtis;* Ioan. Chryſoſt. hom. 6. in c. 2. Epiſt. Paul. ad Coloſ. *exuit tunc ille gloriam, quam aliquando habuit; nunc veterem exuit hominem; vngitur ſicut athletæ ſtadium ingreſſuri:* Seuero Alexandrino lib. de bap. *tunc ſignat oleo oliuæ ſacerdos eum, qui baptizatur: & vngit omnia illorum mēbra, manus, & pedes, & nares eorum: tunc demū induūtur ſuis veſtimentis,* & aliis permultis ſcriptoribus: ſed illud Ioan. Moſci præſtantiſsimum, & maximè inſigne fatemur, quod in vita Cononis presbyteri legimus. in ea enim mentio eſt, Nudi vngebantur.

puellam forma egregia, cum ad baptiſm[…]
oblata eſſet, tantam offenſionis cauſam p[…]
buiſſe, vt is baptizandi officium deſeren[…]
tius duxerit, quam nudam mulierem oleo [ſan]-
cto inungere. verba hic attexam: *quoties*
*mulierem inungeret, ſcandalizabatur: atque*
*ex monaſterio abcedere volebat. quadam die*
*puella ex Perſide, vt baptizaretur, quæ iti[…]*
*erat, ac tantæ pulchritudinis, vt non poſſet p[…]*
*nudam eam ſancto oleo inungere*, &c. Simeo[n e]-
tiam Metaphraſtes in vit. S. Sylu. cap. […]
minit, Conſtantinum Imperatorem, c[…]
qua ſalutari tingendus eſſet. nudum oleo [in]-
butum fuiſſe. ait enim: *hæc cum audiſſet Im[pera]-*
*tor, & lætus vltimam exuiſſet tunicam, & p[…]*
*carnis ſubieciſſet oculis, & vnctus fuiſſet, ca[…]*
*eſt p[…]inam.* Atquè id prætereà ex Comme[nta]-
tore in S. Dionyſ. de myſteriis eorum, qu[…]
ctè dormierunt, perſpicuè intelligitur, vb[i au]-
thor ad earum cæremoniarum, quæ in b[aptiſ]-
mo fiunt, recordationem ita hortatur: *[…]*
*mineris in ſancto ortu à Deo ante diuinam […]*
*ſionem, primam ſancti myſterij communionem […]*
*initiatur, inunctionem olei dari, poſt integram […]*
*ris veſtis detractionem.* Si enim veſtis detra[ctio]-
nem olei vnctio ſequebatur: ſole clarius […]
nudos vnctioni ſubiectos fuiſſe. Hic ig[itur]
erat habitus, quo ad ſacram vnctionem ac[ce]-
dere ſolebant. Huic additur modus: qui […]
etſi leuis momēti in multis rebus videri po[…]
tamen in cæremoniarum ratione magni […]
habet. Ac meritò quidem à primis vſque […]
cleſiæ temporibus illud ſemper ſeruatum […]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ur, figura crucis expreſſa, vnctionem adhiberent. Nam S. Cyprianus lib. de paſſ. Chriſ. crucis dignitatem ex iis, quæ ſignum eius requirunt, accuratè perſequens, ait: *qualeſcunque ſint manus, quæ vel mergunt accedentes, ad baptiſmum, vel vngunt: qualecunque pectus, de quo ſacra exeunt verba, operationis authoritas in figura crucis omnibus ſacramentis largitur effectum, & cuncta peragit nomen, quod omnibus nominibus eminet à ſacramentorum vicariis inuocatum.* Et S. Gregorius lib. ſacram. cum ad vnctionis explicationem perueniſſet, ita inquit: *poſteà verò de oleo ſancto facies crucem inter ſcapulas, dicendo: fuge immunde ſpiritus, da honorem Deo viuo, & vero. Similiter in pectore crucem faciens, dic: exi immunde ſpiritus, da locum Spiritui ſancto.* colligitur eadem cæremonia ex Seuero Alexandrino lib. de baptiſ. vbi catechumenos tribus crucibus vngi conſueuiſſe, docet his verbis: *tum ſignat oleo oliuæ ſacerdos eum, qui baptizatur, tribus crucibus ſuper frontem eius factis, atque in hunc modum dicit: ſignatur talis N. oleo lætitiæ,* &c. fit quoquè mentio de eadem re apud Ordinem Romanum de die Sabb. S. cuius hæc ſunt verba: *tangit eis pectus, & inter ſcapilium de oleo ſancto crucem faciendo cum pollice.* nec alium ſenſum habet, quod Albinus Flaccus de Diuin. Offic. cap. 19. ſcripſit: *tangit ei pectus, & inter ſcapulas de oleo exorcizato crucem faciendo cum pollice.* Si quis autem quærat, quæ cauſa fuerit, cur in crucis modum vnctio fieret: hanc potiſſimum fuiſſe inueniet, vt, quia exorciſmis dœmones ab humana poſſeſſione exterminati fuerant,

Vnctio fiebat in figuram crucis.

Cur crucis ſignum in vnctione exprimeretur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc crucis ſigno iiſdem reuertendi faculta
dimeretur. cuius author eſt Buchardus V
matienſis lib. 6. de ſacram. Eccleſ. in hunc m
dum: *pectus quoquè eodem perungitur oleo, vt*
*ſanctæ crucis diabolo claudatur ingreſſus.*

---

*Quibus in rebus Romani à Græcis in vnctione di*
*rent: & de vnctionis miniſtro, goſsipij*
*vſu, ac forma.*

## CAP. XXXVIII.

Vnctio apud Græcos fiebat oleo in volam manus accepto.

Vnctio apud Latinos fiebat pollice leuiter tincto.

IN hoc verò Eccleſia Romana à Græcor
conſuetudine differebat: quod hi ole
volam manus infuſo catechumenos v
bant: ſicut colligi poteſt ex verbis Seueri A
xandrini lib. de bapt. *ponit ſacerdos oleum in*
*vola manus ſuæ, totumque corpus eius, qui bapti*
*tur, vngit:* Latini autem pollice leuiter ti
ſacram vnctionem peragebant. quod v
nonnullis in locis Ordo Romanus doc
ità tit. de die Sabb. S. eleganter expreſſit,
cens: *tangit eis pectus, & inter ſcapulium*
*ſancto crucem faciendo cum pollice.* cui ferè
eſt Albini Flacci authoritas, quæ lib. de D
Offic. cap. 19. habetur: *tangit & pectus, &*
*ſcabulas de oleo exorcizato crucem faciendo cum*
*lice.* Sequitur, vt vnctionis etiam locus e
cetur. quæ quidem cognitio hanc vtili
affert, quod fideles ad ſacrorum rituum de
ſionem contra diabolicæ doctrinæ mag
paratiores eſſe poterunt. Catechumeno

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

igitur vnctio, quemadmodum ex ſcriptorum teſtimoniis probatur, & veteri traditione ad nos peruenit, præ locorum varietate, in diuerſis locis, & partibus fieri ſolita eſt. ſed hæc omnis varietas duabus potiſsimum continetur: aut enim Græcorum mores quærimus, aut Latinorum in quæſtionem vocamus. ſi de primis ſermo ſit, ſatis apparet, omnes corporis partes vnctioni ſubiectas eſſe. tum quod S. Dionyſius Areopagita lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 2. perſpicuè teſtatur: *ipſe cum inungendi, & perfundendi ter exprimendo ſignum crucis principium fecit, vtrumque deinceps perfundendum toto corpore ſacerdotibus tradidit, ad matrem adoptionis venit:* tum quia Cyrillus Hieroſolymitanus catech. 2. myſtag. à ſummo vertice ad imos pedes vnctos fuiſſe, docet his verbis: *deinde vero iam exuti, exorcizato oleo à ſummis capillis ad infimos vſque peruncti eſtis:* tum etiam quoniam in Seuero Alexandrino clara mentio eſt lib. de bapt. cum ait: *ſignat oleo oliuæ ſacerdos eum, qui baptizatur: atque in hunc modum dicit: ſignetur talis N. oleo lætitiæ aduerſus omnem efficaciam inimicam: & vngit omnia illorum membra, manus, & pedes, & nares eorum:* & rurſus ibidem: *ponit ſacerdos oleum oliuæ in vola manus ſuæ, totumque corpus eius, qui baptizatur vngit.* quod etiam nunc ab Aethiopibus ſeruatur: ſicut ordo baptiſmi ſecundum vſum ipſorum facilè demonſtrat. Sin autem Eccleſiæ Latinæ conſuetudinem quæramus: in ſolo pectore, & ſcapulis vnctos fuiſſe, conſtabit. omitto Gregorij Magni, Ordinis Romani, Albini Flacci, Rabani Mauri, & Buchardi

Græci vngebāt omnes corporis partes.

Aethiopes nunc vngūt omnes corporis partes.

Vnctio apud Latinos ſolum in pectore, & ſcapulis facta eſt.

Vuormatienſis loca iam allata, quæ licet n-
ſtram ſententiam probent, tamen repetere
peruacaneum arbitror. ad ea mentem,
mumque lectores adijciant, quæ alij viri
ctrinæ laude præſtantes tradiderunt. A
mò quidem à Smaragdo incipiamus, qui
piſt. Sabb. Pentecoſt. ſolitas vnctionis p
ità enumerat: *Vnde etiam his, qui baptiz-*
*ſunt, pectus de oleo, & ſcapulæ tanguntur,*
*olei, ſancti videlicet ſpiritus vnctione liniti,*
*omnia proſpera, ſiuè aduerſa ſint circumſpecti.*
inde Iuonem Carnotenſem, quid de e
ſcripſerit, videamus: *Vngitur* (inquit ſerm.
ſacram. Neophyt.) *catechumenus oleo ſa-*
*pectore: vngitur & inter ſcapulas, vbi eſt vigor*
*tandi oneris, vt fortitudinem accipiat ad port-*
*pondus diei, & æſtus, ſicut bonus athleta.* an
quicquam clarius de harum partium vncti
dici poterat? quod ni veterum mores re
tiorum teſtimoniis confirmare, meo inſt
a Extra. lib. 1. tit 15 de ſac. vnctio. repugnaret, [a] Innocentium Tertium, [b] S. Bo-
naventuram, [c] Guidonem Rocherium, [d] Io-
b In lib. 4. ſent. diſt 7. q. 3. nem Gerſonem adijcerem, pluresque a
qui pectoris, & ſcapularum vnctionem
ſignificatione docuerunt. ſed eos mult
c In manip. Curat pat. 1. tit 2. c. 8. cauſis prætermittere, ſatius duco: præ
cum illi mori, quem Eccleſia Latina nunc
d In ſum. Theolog. de bapt. uat, apertè conueniant. Illud verò de vncti-
nis miniſtro animaduertendum eſt, qua
Vnctionis miniſtri. Epiſcopus eam inchoaret, tamen Sacerdo
aut Diaconos perfeciſſe. Eſt enim à S. Di-
nyſio Areopagita ſcriptum lib. de Eccleſ. Hie-
rarch. cap. 2. *ipſe* (nimirum Epiſcopus)

*inunge-*

*ſiungendi, ac perfundendi ter exprimendo ſignum crucis principium fecit, virumque deinceps perfundendum toto corpore ſacerdotibus tradidit, ad matrem adoptionis venit*. quo loco Contemplator inquit: *diuinas quidem Pontifex ſacroſanctam vnctionem orditur: ſacerdotes autem ſub eo ſacrum perfundendi munus exequuntur*. & Author Conſtit. Apoſtol. lib. 3. cap. 15. cum Diaconorum partes, & munera recenſeret, vngendi officium ipſis attribuit: dum habet: *cum illuminantur mulieres, Diaconus vngit oleo ſancto, deinde Diaconiſſa ipſas abſtergit*. Ex quo exiſtit & illud, tam Diaconiſſas mulierum baptiſmo inſeruiſſe, quam vnctionem abſtergi ſolitam eſſe. vt nemini dubium videri poſsit, quin goſsipion, quo in abſtergendo vtimur, vel quid aliud ſimile ex veteri conſuetudine profectum fuerit.

Diaconiſſæ inſeruiebant mulierum baptiſmo.

Deinceps videndum eſt, quibus verbis vnctio peragi ſoleret. nequè enim dubitandum eſt, quin noſtra antiquorum formæ ſimillima ſit. nam, cum nos dicamus: *ego te linio oleo ſalutis, in Chriſto Ieſu Domino noſtrò, vt habeas vitam æternam*: illi eadem diſcere ſolebant: vt ex Ordine Romano de die Sabb. S. colligitur: aut certè paulò diſsimilioribus vtebantur: quemadmodum conſtat ex Græcorum forma, quam Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. & Ordo baptiſmi apud Æthiopes referunt.

Vnctionem goſſipio abſtergendi mos vnde profectus.

Vnctionis formæ.

*Vnctionem oleo oliuæ peractam fuiſſe, & qui*
*cauſis; rurſus oleum conſecratum fuiſſe, ac ...*
*ſum ad catecheſim ſpectaſſe: Vbi breui...*
*de conſecrationis ritibus, & ad*
*eam pertinentibus.*

## CAP. XXXIX.

Vnctio fiebat oleo oliuæ, & cur.

VErum ſi materia ſpectetur, vnctio e...
oliuæ fiebat, vt pax, quam homine...
Deo inibant, declararetur. quæ duo ...
intelligentur, cum loca, quæ ad materi...
oliuæ ſignificationem pertinent, explic...
tur. Ordo enim Romanus de Ioue Sanc...
nedictionem olei Ambroſianam referen...
*Vt doleat, ſe telis beatæ huius propugnatum...*
*ctum, & pacis oleo vetuſti furoris comprimi...*
*bias ingemiſcat.* & Ioannes Damaſcenus ...
orthod. fid. cap. 10. *oleum ideò ad baptiſm...*
*betur, quia vnctionem noſtram deſignat, Chri...*
*nos efficit, ac Dei miſericordiam per Spiritũ ſan...*
*nobis pollicetur. nam & columba eis, qui ſal...*
*incolumes à diluuio euaſerunt, olei ramum ...*
Quarè patet, vnctionis oleum ex oliua e...
ſum fuiſſe. ſecus nec *pacis oleum* ab Ordi...
mano vocatũ eſſet: nec cum olei ramo, ...
ex dira totius orbis eluuione emerſis col...
attulerat, meritò comparari potuiſſet. R...
cum in Ordine Romano, *pacis oleo*, leg...
& apud Ioannem Damaſcenum ſcriptur...
*Dei miſericordiam per Spiritum ſanctum nob...*
*licetur:* ex his etiam perſpicitur, vnctionem...

uinam nobiſcum miſericordiam, & pacem ſignificaſſe: quemadmodum & alia ſcriptorum teſtimonia, quæ ex profana hiſtoria peti poſſunt, clariſsimè demonſtrant. Immò, ſi Ioannis Damaſceni verba perpendantur, hanc quoquè materiam ab oliuæ ramo, qui poſt immenſam vniuerſæ terræ inundationem à columba delatus eſt, quaſi figura expreſſam fuiſſe, conſtabit. Nequè tamen vnctionis oleum ex ſola naturæ vi locum in baptiſmo habuit: ſed ei conſecrationis ritus additus erat: ſicut perpetua ſanctorum Patrum traditione confirmatum eſt. Hoc enim demonſtraſſe videntur non ſolum Author Conſtitut. Apoſtol. Clemens Romanus, Dionyſius Areopagita, Gregorius Magnus, Ioannes Moſcus, Albinus Flaccus, & Berno Augienſis locis ſuperius allatis: ſed etiam Baſilius Magnus lib. de Spir. ſanc. cap. 27. vbi inquit: *conſecramus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, atquè ipſum adeò baptizandum. Sed quibuſnam ex ſcripturis? num ex ſilentio prodita, & myſtica, ſiuè arcana traditione? ipſam porrò olei vnctionem quænam ſcripta docuit doctrina?* &c. quæ Baſilij authoritas tantò magis rem propoſitam ſtabilit, quantò hunc ipſum baptiſmatis ritum, alioſquè illic copioſè recitatos, ad dogmatis de Spiritus ſancti diuinitate, tunc in controuerſia poſiti, confirmationem vehementius valere, arbitrabatur. quos certè Baſilius ille tanquam ex Apoſtolorum traditione profectos, ad Eunomij hæreſim refellendam, minimè in aciem produxiſſet, niſi omnibus certi, & perſuaſiſsimi fuiſſent.

Figura vnctionis olei ex oliua expreſſa.

Vnctionis oleum cõſecratum erat.

Atquè id etiam ex Ordine Romano p
poſſumus, qui tit. de die Iou. Sanc. olei v
nemità proſequitur: incipit exorciſmus
vngendi ſunt catechumeni. deſcendente au
pulla cum chriſmate, ſtatim alia cum oleo cate
norum cooperta aſcendat, ſicut prior, vſque a
piſcopum, & halat in ipſam ter, ſicut in prim
tacitè, ordine quo in ſupra delatam. Et in p
ciat ei exorciſmum, & benedicat eam, qua
lectionem: exorciſmus olei catechumenorum, e
te creatura olei in nomine Dei patris omnipot
in nomine Ieſu Chriſti, & Spiritus Sancti, v
inuocatione trinæ poteſtatis, atquè vnius virt
tatis, omnis nequiſſima virtus aduerſarij, o
ueterata malitia Diaboli, omnis violenta
omne confuſum, & cæcum phantaſma er
& effugetur, & diſcedat à creatura huiu
vtilitatem hominum conſtituta, vt fiat h
diuinis ſacramentis purificata, in adoptione
& ſpiritus eis, qui ex eo vngi debent in rem
omnium peccatorum, vt efficiantur eorum
ad omnem gratiam ſpiritalem accipiendam
ficata. per eundem Dominum noſtrum, &c.
catur, Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum
tuo. Oremus. Deus incrementorum omnium,
fectuum ſpiritualiũ munerator, qui virtute
ſancti tui imbecillium mentium rudimen
mas, te oramus Domine, vt venturis ad b
nerationis lauacrum, tribuas per vnctione
creaturæ purgationem mentis, & corporis, v
illis aduerſantium ſpirituum inhæſere ma
tactum ſanctificati olei huius abſcedant. N
ritalibus nequitijs locus, nulla inſidiantib

*ſtandi licentia relinquatur: ſed venientibus ad fidem ſeruis tuis, & ſancti Spiritus tui operatione mundandis, ſit Vnctionis huius præparatio vtilis ad ſalutem, quam etiam cœleſtis regenerationis natiuitate in ſacramento ſunt baptiſmatis adepturi. Tunc Dominus Epiſcopus, & qui iuxta eum ſunt, ſalutent eam, & deſcendat per ordinem, ſicut altera, & deferatur omnibus ad ſalutandum. Et Pontifex deſcendat in ſacrarium, mandans presbyteris, quod voluerit. Tunc criſma nouum miſceatur cum veteri, ſi quid reſiduum fuerit. Similiter & oleum, & ità diuidatur per presbyteros.* Hactenus Ordo: ex quo plura verba tranſcripſi, vt à veterum rituum ſtudioſis gratiam inirem. octo enim colliguntur, ad perfectam vnctionis cognitionem maximè neceſſaria primum eſt, oleum die anniuerſario, quo Chriſtus Euchariſtiæ pabulum inſtituit, conſecratum eſſe: ſecundum conſecrandi munus ad Epiſcopos ſpectaſſe: tertium, conſecrationis miniſtrum in chriſmatis ampullam ſpiritum impuliſſe: quartum, poſt conſecrationem, ab Epiſcopo, & reliquis ſalutatũ eſſe: quintum, nouum oleum cum veteri miſceri ſolitum fuiſſe: ſextum, presbyteris in Eccleſia primaria ad ſingulorum vſus diuiſum eſſe: ſeptimum, in vitreo, vel digniori vaſe decẽter obſtructo ſeruari conſueuiſſe: octauum, in catechumenorum cæremonijs numerandum eſſe. quorum ſecundum, etiam ex Conſtitut. Apoſtol. colligi poteſt. lib. 7. cap. 43. cum dicitur: *benedicitur hoc oleum ab Epiſcopo in remiſſionem peccatorum: ſic enim inuocat Deum, vt ſanctificet oleum in nomine Domini Ieſu Chriſti, & tribuet ei gratiam*

Vnctionis oleum cõſecrabatur Ioue Sanct.

Conſecrãdi munus ad Epiſcopum pertinebat.

In Conſecratione Epiſcopus ſpiritũ impellebat in ampullam.

Poſt conſecrationẽ ſalutabatur ab Epiſcopo, & reliquis.

Nouum vnctionis oleum cum veteri miſcebatur, diuidebatur. presbyteris ad ſingulorum vſus, & in vaſe digno ſeruabatur.

Vnctio ad catecheſin pertinebat.

*ſpiritalem*,&c. Octauũ S. Auguſt. tract...
Euang. Ioan. Bedæ in cap. 11. Ioan. & Ber...
Augienſis lib. 1. de Eccl. Offic. c. 12. autho...
confirmatur; primum verò, tertium, qu...
quintum, ſextũ, & ſeptimum, reliquae...
adhuc obſeruantur; ſicut in Actis Eccleſ...
diolanenſis, & Sacramentorio Ambroſi...
gere poſſumus. præcipuè autem olei di...
tionis mentio fit à Beroldo de cœn. Do...
inquit: *impleto officio ſecundum morem,*...
*parentur à miniſtris duæ ampullæ cum oleo,*...
*oleũ chriſmale altera ad oleum catechumeno...*
*tia ad oleum infirmorum,*&c. *Similiter autem*...
*cipiat duobus notariis, vt chriſma, & oleũ* ...
*na reuerentia diſtribuant.* Ex quibus veteris...

Moris diſtribuendi olei baptiſmalis Ioue ſancto antiquitas.

clesiæ Ambroſianæ conſuetudinẽ con...
di, & diſtribuendi olei anniuerſaria Iou...
feria, quiſpiam intelligere poteſt. Verum...
olei conſecrandi ritus ad perfectam hu...
ctionis cognitionem pertinere videntur...
roſque eorum, de quibus Author Ordi...
mani ibi mentionem fecit, eiuſdem, ...
rum teſtimoniis confirmabo; &, ſi quid...
prætermiſsi fuerunt. huc adducam: ne q...
catechumenorum vnctione lectores a...

Oleum catechumenorum feria quinta hebdomadæ ſanctæ cõſecrabatur.

ſiderent. In primis igitur oleum quinta h...
domadæ ſanctioris feria conſecratum ...
tradit idem Author ibidem ſæpius, & q...
que de Diuinis, ſiuè Eccleſiaſticis O...
ſcripſerunt: cum illius diei cæremoni...
quuntur. in quorum teſtimoniis afferẽdi...
giorem eſſe, ſuperuacaneum eſt: cum le...
tibus in promptu ſint. Deinde miniſtr...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

olei ampullam halitum efflaſſe, conſtat ex S. Gregorio, qui lib. ſacrament. de fer. 5. in Cœna Dom. ait: *benedicit ampullam olei, ordine quo ſupra declaratum eſt: & ſimiliter halat in ipſa*. ipſius verò ſalutationis, & diſtributionis licet nuſpiam alibi expreſſa mentio fiat: tamen, cum S. Gregorius, Amalarius, & Rupertus, ſalutandi, & diſtribuendi chriſmatis ritum apertè docuerint: & poſtmodum conſecrandi olei cæremonias ſubiungentes, eas cum chriſmatis conſecratione conferant, dubitare non poſſumus, quin ex ipſorum ſententia ſalutandi olei, & eiuſdem diſtribuendi conſuetudo viguerit. quod autem ad olei ampullam pertinet, multa ſcitu digniſſima afferri poſſunt: velut, eam naſcentis Eccleſiæ initio vitream fuiſſe: ſicut tractatu de confirmationis ritibus, & Miſſæ cæremoniis declarabitur: cum chriſmatis ampullam, & ſacra vaſa explicare aggrediar: ſerica albi coloris ſindone operiri conſueuiſſe: vt apud Ordinem Romanum de Diuin. Offic. in die Iou. Sanc. tit. de præfatione exorciſmi chriſmalis olei ſcriptum eſt: *deſcendente ampulla cum chriſmate, ſtatim alia cum oleo catechumenorum cooperta, aſcendat, ſicut prior*; & rurſus ibidem tit. de conſecratione principalis chriſmatis: *tunc duo acolyti accipientes illas duas ampullas, quæ ad chriſma, & ad oleum catechumenorum conſecrari debent, inuolutas cum ſindonibus de albo ſerico*, &c. ac demum, cum ab Epiſcopo conſecraretur, eam duodecim presbyteros, candelabra, cruces, thuribula, & ſacri Euangelij codicem circumſtetiſſe. de quo Author eiuſdem

Halitus Epiſcopi in olei ampullam, dum illud conſecrabat.

Olei catechumenorum ſalutãdi, & diſtribuendi antiquitas.

Ampulla, in qua oleum continebatur, vitrea erat.

Olei ampulla, ſerica albi coloris ſindone operiebatur.

Olei ampullã duodecim preſbyteri, candelabra, cruces, thuribula, & Euangelium circumſtabant.

Ordinis Romani titulo eodem de conſe-
tione principalis chriſmatis ſic ait: *ordin*
*hinc, & inde eadem candelabra, & cruces, &*
*ribula, atque Euangelium, necnon & prædi*
*decim presbyteri, teſtes, & adiutores eiuſdem*
*ſtarij.* Quamuis enim titulus, de ſola chr
tis conſecratione ſermonem eſſe, ſignific
men etiam olei conſecrandi cæremoni
dem explicari, ex ipſomet Ordine conſta
què his, quorum Ordo loco ſuprà citato
minit, alia ſuperaddere eſt animus. non
enim, ante olei conſecrationem, ſolen
reorum, & thuris pompa ſupplicatione
re, mos erat: ſcribente eiuſdem Ordini
thore ibidem: *præcedant, & ordinent ſe*
*byteri, & prædicti clerici ritè, & ordinabili*
*vt primum ambulent duo acolythi cum cande*
*& ardentibus cereis: poſt portentur duo th*
*cum incenſo:* verum etiam, ſi veterum m
menta peruoluere velimus, catechumen
oleum ſubmiſſa voce, & in loco edito c
crari ſolitum eſſe, reperiemus. quorú pr
à S. Gregorio lib. ſacra. de fer. 5. in cœna
ſignificatum eſt his verbis: *benedicit am*
*olei, ordine quo ſuprà declaratum eſt: & ſimili*
*lat in ipſa. ſed tacitè eam benedicat.* alterum
apud Authorē Ordinis Romani legere p
mus de Diuin. Offic. in die Iou. ſanc. tit. de
fatione exorciſmi chriſmalis olei, cum m
*hoc facto, ſummo honore procuretur, vſquedum*
*ampulla aſcendat, & iterum deſcendat, m*
*honorificè ad locum ſuum redeant.* ibi enim
chriſmatis, & olei ampullis Author loqu

Supplicatio cū cereis, & thure ante olei conſecrationē in vſu.

Catechumenorum oleū ſubmiſſa voce, & in loco edito conſecrabatur.

quæ ad Epiſcopum deferendę erant. quare, cum eas conſecrationis cauſa aſcendiſſe dicat, in loco edito conſecratas fuiſſe, neceſſe eſt.

Exorciſmus, & ſtatæ precationes in olei conſecratione.

Præterea ſacros exorciſmos, ſtataſque precationes, quæ in olei conſecratione adhibebantur: tum quod ex pluribus allatis teſtimoniis colligi poſſunt, tum etiam quia nunc eædem inuiolatè ſeruantur: vt de illis dubitare nemini liceat.

Æthiopes, poſt olei conſecrationem Deo gratias agunt.

Æthiopum etiam morem, poſt olei conſecrationem, Deo gratias agendi miſſum faciam; ne in ſingulari eius nationis ritu, de quo, præter Ordinem baptiſmi ſecundum vſum ipſorum, nulla veterum ſcriptorum authoritas exiſtit, diu immoratus eſſe videar. Quare hanc totam olei conſecrandi conſuetudinem vna obſeruatione concludam, mihi quidem adſcribendum facili, lectori autem ad ſciendum iucunda.

Conſecrationis miniſter ad ſolē Orientem ſpectabat.

ea eſt, conſecrationis miniſtrum ad Solem Orientem ſpectaſſe. Cuius illuſtre teſtimonium præbent illa Ordinis Romani verba de Diuin. Offic. in die Iou. ſanc. *Stantibus ad Orientem verſis.* & paulo poſt: *conuertat ſe ad Orientem*, quæ de chriſmatis, & olei conſecratione dicta eſſe, legentibus patet.

Cur miniſter ad Orientem ſpectaret.

cauſa vero, cur ita fieret, quia cum ritu ad eandem regionem fidei profitendæ, baptiſmi celebrandi, & ſimilium conuenit, ex iis locis deſumes, quæ ad hanc quæſtionem pertinebunt.

*De ſigno crucis in catechiſmo; eius antiquitas, pu[…]
& figuræ allatæ, & quibus in partibus
effingeretur, oſtenſum.*

## CAP. XL.

SEdiam, vnctionis more explicato, […]
dendum eſt, quinam ſigni crucis vſus […]
rit: id enim catechiſmi tractationi, quę a[…]
bis propoſita eſt, multum perfectionis all[…]
rum videtur. ille autem iam inde à primor[…]
Chriſtianę religionis incœpit. Ac primum q[…]
dem omnium Beatus Linus meminit de p[…]
S. Pet. cum inquit: *poſtquam nos credentes in […]
vicina cuſtodia, fonte, pracibus, & admirabili […]
crucis de rupe producto, in ſancta Trinitatis nom[…]
baptizaſti.* Deinde in vita SS. Iudę & Dom[…]
ac ſociorum, quam Simeon Metaphra[…]
conſcripſit, inueni, S. Domnam, cum in ca[…]
chumenarum numerum reciperetur, ſal[…]
crucis nota conſignatam fuiſſe: *ille autem* S[…]
meonis verba ſunt) *cum modulatè diuinas […]
ciniſſet ſcripturas, & veneranda Chriſti cruce […]
obſignaſſet, tunc quidem eam facit catechumen[…]*
His accedit S. Ambroſij teſtimonium lib. […]
initian, cap. 2. vbi, cum baptiſmi cæremon[…]
referret, fructumque aliquem ex iis in hom[…]
num pectoribus inſerere conaretur, lignum […]
quo ingemiſcente rerum natura Chriſtus p[…]
pendit, atq; ideo crucis ſignum, quo catech[…]
meni muniuntur, eis in mentem reuocab[…]

Signi crucis in catechiſmo antiquitas.

verbis: *credit autem etiam catechumenus in crucem Domini Ieſu, qua & ipſe ſignatur.* Quinimo Sanctus Auguſtinus lib. de catechizan. rudib. ad hanc conſuetudinem reſpexit, cum idem argumentum ſibi tractandum propoſuiſſet. nam ſacerdotis interrogationes, ſolennemque fidei profeſſionem recitans, ait: *his dictis, interrogandus eſt, an hæc credat, atque obſeruare deſideret, quod cum reſponderit ſolenniter, vtique ſignandus eſt, & Eccleſiæ more tractandus.* & l. 2. de bapt. paruulor. cum diuerſas rationes quibus ſpiritualis animę purgatio fit, perſequi in animum induxiſſet, catechumenorum ſanctitatem, quæ in manus impoſitione, crucisque ſigno potiſsimum ſita erat, in hunc ferè modum adducit: *non vniuſmodi eſt ſanctificatio: nam & catechumenos ſecundum vnum ſuum quendam modum per ſignum Chriſti, & orationem ſub manus impoſitione puto ſanctificari.* Item lib. 1. confeſs. vbi ſuæ relationis inter catechumenos mentio incidiſſet, eius cæremonias, ſal, & crucis ſignum enumerat. ſcribit enim: *ſignabar iam ſigno crucis eius, & condiebar eius ſale.* Idem vero etiam S. Gregorius docuit lib. ſacr. de ord. baptiſt. nam paruulorum baptiſmi cæremonias ſigillatim præſcribens, ait: *primo à ſacerdote exſufflatur in faciem eius, vt, fugato diabolo, Chriſto Deo noſtro pateat introitus. Et tunc in fronte crux Chriſti agatur.* Nec mihi ſane difficile eſſet, aliis teſtimoniis confirmare: verũ, ne repetere cogar, ad ea, quę mox ſubdam, integra reſeruabo. explicandum quippe eſt, quamobrẽ crucis nota catechumenis imprimi ſoleret. Et quãuis multæ rationes

Crucis nota quamobrem catechumenis imprimeretur.

Initiati, ſerui, & alia dominorũ titulis inſcribebantur.

Cauſa ſigni crucis in catechiſmo.

afferri poſſint, quæ ex Gentilium moribus
ducuntur: veluti, baptizatos in Chriſti
nem concedere, eius imperio ſubdi, & rel
ne conſecrari, cum apud illos, initiati, ſer
quæcunque alia dominorum titulus inſc
rentur: ſicut Martinus de Roa lib. 1. ſingul
tè proſequitur: tamen eam principalem
perfectiorem eſſe exiſtimo, quã ſancti P
attuliſſe viſi ſunt, vt ſcilicet dœmones ſig
Chriſtianæ victoriæ agnoſcentes, homin
peccandi materiam ſuggerere, & cum e
gnam redintegrare vererẽtur. quam Ter
tullianus innuit li. de reſurrect. carn. vbi
dens ad internos impetus, & impreſsiones
monum, qui velut per cuniculos influu
animas noſtras, ſic ait: *caro ſignatur, vt &*
*ma muniatur, caro abluitur, vt & anima ema*
*tur.* Atque id multo clarius à Rabano M
ſignificatum eſt lib. de Inſt. cleric. cap. 27.
catechiſmi cæremonias referens, vnde
hanc fuiſſe cauſam demonſtrat, vt impu
dœmon, princeps, & parens fraudis, & m
cij, qui bona ſemina ad æternæ vitæ fruct
Chriſto iacta, vel ex mentibus humanis e
ac diſſipat, vel adulterat contrariis ſemin
occultè diſperſis, ſe crucis ſigna perculſum
confectum ſentiens, ab antiqua poſſeſsio
cogeretur diſcedere. eius autem verba
ſunt: *catechizandi ordo hic eſt. primum interr*
*tur Paganus, ſi abrenunciat diabolo &c. ſigna*
*in ſe homo ſignaculo ſanctæ crucis tam in fronte, q*
*in corde, vt ipſe apoſtata diabolus in vaſe ſuo pri*
*ſuæ interemptionis cognoſcens ſignum, iam ſibi*

*eps ſciat illud eſſe alienum.* quibus nihil magis conuenit, quam quod Hugo Victorinus lib.1. ſacram.cap.18. ſcribit. nam de hoc ipſo crucis ſigno diſſerens, eius vi homines, violentos dęmonis incurſus, & callidam aſtutiam egregiè ſuſtinere, ſtimulis non fodi, aculei non pungi, ſubiectis ardentibus facibus minimè vri, ſic demonſtrat: *ſignantur enim primum in fronte, in pectore, inter humeros, in auribus, in ore crucis ſignaculo, cuius virtute & omnia ſacramenta complentur, & omnia diaboli figmenta fruſtrantur. ſic cum acciderentur primogenita Aegypti, populus Hebræorum ſignatis poſtibus domorum ſanguine agni Paſchalis in typo dominicæ Paßionis ſaluatus eſt. ſic etiã apud Ezechielem ab imminenti clade Hieruſalem liberandi pronunciantur, qui literam Thau T (quæ figuram crucis exprimit) in frontibus haberent inſignitam.* Ex his duo colligo ad noſtrum inſtitutum pertinentia. primum eſt, ſignum ſanguinis Agni occiſi, in domorum poſtibus inſcriptum, quod aciem Dominici gladij per prima Ægyptiorum capita latè vagantis, ab Hebræorum ceruicibus repulit, & literam T, in ſingulorum frontibus impreſſam, cuius ſigno ab imminenti clade ſubductum iri, diuinus vates cecinit, huius crucis ſigni, quod in catecheſi fieri ſolet, illuſtrem ſignificationem habuiſſe. quæ omnia S. Auguſtinus ante docuerat ſerm.de cataclyſ. dum fideles ad ſacratiſsimæ crucis trophæa, ſalutaremque humano generi mortem Chriſti Domini incitatis ſtudiis, & grata memoria celebrandam hortaretur: *acceperunt præceptum Domini per Moyſen,*

Figura ſigni crucis in catechiſmo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*vt in occiſione Agni celebrarent Paſcha, ex cu*
*ſanguine poſtes domus ſuæ vnuſquiſque liniret, p*
*merent Angelum vaſtatorem, qui ſignum ſang*
*Agni occiſi in fronte ſuæ domus haberent. demo*
*& tu Iſrael ſpiritalis, fili Abrahæ ſecund*
*dem, non ſecundum carnem, demonſtra & tu, q*
*modo libes Paſcha. habes Agnum occiſum, dem*
*ſtra, dic: mihi autem abſit gloriari niſi in cruce D*
*mini noſtri Ieſu Chriſti*, &c. lib. 12. cont. Fau
eodem argumento diſſerens: *ſanguine illini*
*tur poſtes, vt pernicies depellatur: ſignantur*
*Dominicæ paſſionis in frontibus populi ad tu*
*ſalutis*, &c. Alterum eſt, crucis ſignum in
tis corporis partibus, fronte, pectore, hum
auribus & ore pingi ſolitum eſſe. cuius qui
partis, ſcilicet pectoris cum etiam Grego
Magnus author ſit lib. ſacram. de ord. bap
his verbis, *ſignum ſanctæ crucis Domini noſtri*
*Chriſti in pectus tuum pono*: reliquæ tamen m
clarius ab Iuone Carnotenſi traditæ ſunt
de ſacrament. Neophyt. vbi etiam alia
tes, oculos, & nares addidit, dicens: *ſignatur*
*que primo baptiZandus crucis ſignaculo in fron*
*pectore, in oculis, in auribus, in naribus, in ore, q*
*virtute victus eſt diabolus, & exaltatus eſt Chri*
Sed quamuis hæc ita ſe habeant, tamen p
puè ſignum crucis effingebatur in fronte, q
pudoris, & verecundiæ ſedes eſt, vt à Chri
na religione deſciſcere, atque ad impietat
ſaniam recidere ſemper inpoſterum erube
rent. de quo, præter S. Cyprianum epiſtol
Cyrillum Hieroſolymitanum catech. 4. &
myſtag. S. Baſilium lib. de Spirit. ſanc. S. Io

Crucis ſignum pingebatur in fronte, pectore, humeris, auribus, & ore.

Crucis ſignum in oculis & naribus.

Signũ crucis effingebatur præcipuè in fronte, & quare.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chryſoſt. lib. cont. gentil. S. Hieron. epiſt. ad Heliod. S. Gregorium de ord. baptiſt. Ordinẽ Romanum. de denunciat. ſcrutin. ad elect. & Rabanum Maurum, de Inſtitut. cleric. ca. 27. S. Augſt. ita loquitur enarrat. in Pſal. 141. *Vſq; adeo de cruce non erubeſco, vt non in occulto loco habeam crucem Chriſti, ſed in fronte partem.* & ſerm. 1. ſecundæ part. ſerm. cum nos ad fidei Chriſtianæ profeſſionem, & mores fide dignos excitaret ne, inquit, *dubitares, ne erubeſceres, quando primum credidiſti, ſignum Chriſti in fronte tanquam in domo pudoris accepiſti: recole frontem tuam, ne ſigna expaueſcas aliena.*

---

*Crucis ſignum ter effictum eſſe: & de aliis ad id ſpectantibus.*

## CAP. XLI.

QVot autem vicibus ſigno crucis munirentur, ex diuinarum perſonarum cognitione intelligi poteſt. Conſtitutum enim eſſe debet, ad diuinas hypoſtaſes indicandas, crucis ſignum iterari ſolitum eſſe. At fidei lumine cognoſcimus, illam præſtantem, ſupremamq; naturam, vnam, & eandem in tribus perſonis conſiſtere. quocirca ne vlla vnquam harum trium perſonarum dubitatio in animis fidelium reſideret, cum catecheſis adminiſtranda erat, voluerunt SS. Patres, ſacerdotem interuallis quibuſdam ter crucem manu deſcribere; vt ex catechiſmi cęremoniis in diuinarũ

Crucis ſignum in catecheſi ter fiebat ad indicandas tres perſonas diuinas

perſonarum cognitionem veniremus; qua-
nis longè à noſtris ſenſibus remota eſſet. Ita
Seuerus Alexandrinus lib. de bapt. ait: *ſig-*
*in fronte tribus crucibus abſque oleo eos, qui ba-*
*ptizantur,* & *ait: ſignatur talis N. in nomine Pa-*
*Amen,* & *Filij, Amen,* & *Spiritus ſancti ad*
*tā, quæ eſt in ſæculum ſæculorum Amen.* Acc-
præterea modus, qui quoniam noſtro ſim-
erat, non eſt, cur dubitemus. pollice eff-
eſſe. ſcribit enim Ordo Romanus de de-
ſcrutin. in hunc modum: *faciat presbyter*
*gulorum frontibus crucem cum pollice.* & Alb-
Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de Sab-
Paſch. *deinde facit presbyter cum pollice in fro-*
*eorum ſignum crucis, dicendo, in nomine Pa-*
*Filij,* & *Spiritus ſancti.* ex quo intellectum e-
ſigno crucis tres perſonas diuinas nomi-
appellatas eſſe; quod quidem formæ pars
cipua erat; cum ſolum ſignandi, aut cruc-
cipiendæ vocabulum deeſſet: ſiue tertia
ſona exprimeretur, vt apud [a] Seuerum Ale-
drinum: *ſignatur talis in nomine Patris,* &c.
ſecunda, vt in [b] S. Gregorio: *accipe ſignum*
*tam in fronte, quam in corde.* Quibus poſitis,
ligi poteſt, eam formam, qua nunc vti-
antiquiſſimam eſſe. Verum etiam hoc
aduertere oportet, crucis ſignum ad catech-
mi cæremonias pertinuiſſe. Nam, vt omi-
mus noſtri temporis conſuetudinem, quæ
veteri affinis, ſignū crucis in catechiſmo
agit, aut S. Ambroſij lib. de initian. cap. 2. A-
guſtini l. 2. de bapt. paruulor. & Rabani Ma-
lib. de inſtitut. Cleric. cap. 27. teſtimonia,

Crucis ſignum pollice effingebatur

Forma ſigni crucis.

a De ritib. bapt.

b De ord. bapt.

Crucis ſignum erat cæremonia catechiſmi

iam antea attulimus: vt hæc inquam omittamus, (potius enim à lectore conſideranda, & repetenda, quam à nobis afferenda, vel inculcanda videntur) nonne S. Cyprianus id innuere voluit de vııı. Eccleſ. cum locũ crucis, quaſi aliud agens, ita proſequitur? *Ozias rex diuina indignatione confuſus, & lepræ varietate in frõte maculatus eſt, ea parte corporis notatus, offenſo Domino, vbi ſignantur, qui Dominum promerentur.* nihil enim aliud puto, *Dominum promereri*, quam in catechumenorum claſſem iam adſcitum, variis rebus duris, atque aſperis ſe ad baptiſmum rite ſuſcipiendum parare. In primo quoque libro confeſſ. S. Auguſtini legimus, ipſum, cum tempus, quo in catechumenorum ordine collocatus fuerat, ſignificare vellet, ſigni crucis meminiſſe, ait enim: *ſignabar iam ſigno crucis eius, & condiebar eius ſale.* & lib. 2. de fid. ad catechum. cap. 1. eodem crucis ſigno, priuſquam vitali fonte abluerentur, ſingulos muniri ſolitos eſſe, manifeſto tradit his verbis: *accipite itaque vos, qui fidem deſideratis, verbum Dei, tanquã competentem cibum: ex quo vobis Dominus operetur incrementum. nõdum quidem adhuc per ſacrum baptiſmum renati eſtis, ſed per crucis ſignum in vtero ſanctæ Matris Eccleſiæ iam concepti eſtis,* &c. Item lib. 4. cap. 1. eadem fere verba, atque ſententiam repetens, catechumenos, vti prolem in Eccleſiæ vtero conceptam, moxque per baptiſmum in veram fidei Christianę lucem ſuſcipiendam, eſſe docet, idque potiſsimum crucis ſigno contingere, ſic meminit: *per ſacratiſſimum crucis ſignum vos ſuſcepit in vtero ſanctæ*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*mater Eccleſia, quæ ſicut & fratres veſtros cum*
*ma lætitia ſpiritaliter pariet, noua proles ſu*
*tæ matris, quouſque per lauacrum ſanctum re*
*ratos veræ luci reſtituat.* Quod ſi crucis ſig
ante baptiſmum exprimi ſolebat, nemo
tabit, quin inter catechiſmi cęremonias
retur. extat vero etiam eiuſdem rei præcl
teſtimonium apud ſanctum Gregorium
ſacrament. de ord. baptiſt. vbi ad cate
menorum gradum euehendi ritus, &
nem perſequens, ait: *ad catechumenum*
*gano faciendum, Gentilem hominem cum ſu*
*primo catechiZes eum diuinis ſermonibus, p*
*facias eum catechumenum, & exſuffles in*
*eius. & facias ei crucem in fronte.* Albinus
de Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. 19.
omnes baptiſmi cæremonias accurate
ferret, hoc ipſum crucis ſignum in catech
norum ritibus poſuit, dicens: *poſt hæc fa*
*byter cum pollice in frontibus eorum ſignum*
*dicendo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritu*
*Eti. Poſt hæc ponit manus ſuper capita eorum,*
*cit orationem ad catechumenum faciendum:*
*potens ſempiterne Deus,* &c. Idem apud
nem Victorinum legere poſſumus lib.
ment. cap. 18. cum inquit: *nondum enim*
*ptiſmum renatus eſt, ſed tantum per crucis ſi*
*& cætera, quæ circa eum acta ſunt, in vtero*
*Eccleſiæ conceptus, & nutritus, vt tandem*
*ſalutis Chriſto renaſcatur.* Plura deſiderant
dendus Iuo Carnotenſis ſerm. de ſacram
neophyt. qui feria quarta hebdomadæ qu
verni ieiunij, quo die poſtmodum ſacra

cheſi homines initiabantur, crucis ſignum digito in fronte pictum fuiſſe, non obſcurè docet hoc pacto: *qui in ſabbato ſancto ſunt baptizandi, quarta hebdomada quadrageſimalis obſeruantia, & quarta eiuſdem hebdomadæ feria catechizandi, & exorcizandi deferuntur ad Eccleſiam, ibi audituri, & inſtruendi, qualiter contra ſpirituales nequitias ſint pugnaturi; ſed tamen vſque in ſabbatum Paſchale baptiſmus eorum differtur. ſignatur itaque primo baptizandus crucis ſignaculo in fronte, in pectore, in oculis, in auribus, in naribus, in ore, cuius virtute victus eſt diabolus, & exaltatus eſt Chriſtus. poſtea datur ſal benedictũ in os pueri,* &c. Quæ cum ita ſint, manifeſtum eſt, crucis ſignum inter catechumenorum cæremonias numerandum eſſe. Quod autem à B. Lino de paſsion. S. Pet. Gregorio Magno lib. ſacram. de ord. baptiſter. Albino Flacco de Diuin. Offic. cap. 19. & aliis ſignificatum eſt, crucis notam baptiſmi die exprimi ſolitam eſſe: nihil noſtræ opinioni officere videbitur, ſi diligenter attendamus. vt enim alibi fusè probabimus, omnes cæremoniæ baptiſmi die repeti ſolebãt; quod in cauſa eſt, vt eodem die crucis ſignum inditum eſſe dicatur: quamuis primum catechiſmi die exprimi, ſolenne eſſet.

Catecheſis cæremoniæ repetebantur die baptiſmi.

*De ſale catechumenorum.*

## CAP. XLII.

NEque vero illud pretermittendum
catechumeni os inſeri ſolitum eſſe
uis [a] Vuolffgangus Muſculus, ſacrilegus
a In loc. commun. ca. de bapt. poſtor, & deprauatarum opinionum
in agro Domini diſſeminare ſolitus ab E
ſiæ conſuetudine id auferre, ſingulari ve
pietate, vel imperitia auſus ſit. De eo enim
Salis in catechiſmo antiquitas. quuntur Origenes hom. 6. in Ezechiel. S.
broſius ad cap. 22. Luc. S. Auguſtinus li
feſs. S. Gregorius Magnus lib. ſacram. de
ad catechum. facien. & de ord. baptiſter
dedit Pontifex Epiſtol. ad Gordian. Hiſp
Iſidorus Hiſpalenſis lib. 2. de Offic. ca
Smaragdus in Epiſt. de Sabb. Pentecoſt.
ſuper lib. Regum. & in Eſdr. lib. 2. c. 9
Romanus de denunciat. ſcrutinij ad elec
binus Flaccus de diuin. offic. cap. 19. Vu
Strabo de reb. Eccleſ. cap 26. Rabanus
de inſtitut cleric. cap. 27. Berno Aug
ſerm. de Aſſumpt. Mar. & Iuo Carnot.
de ſacram. neophyt. quorum de hac re
tentias, ſi opus erit, in ipſis authoribus
ipſe facilè reperiet. nobis enim ſatis eſt
indicaſſe, vnde illæ hauriri poſſunt Hanc
ſuetudinem ſanctæ religionis interpres &
b 16. plenus [b] Ezechiel ante vaticinatus eſt,
dixit: *non es aqua lota in ſalutem: nec ſale ſalui*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*inuoluta pannis*, baptiſmi merſionem per aquã, ſalis myſterium in catechiſmo, & inuolutione pannorum veſtem candidam intelligens: ſicut eum locum Origenes homil. 6. expoſuit, dicens: *rurſus peccatrix Hieruſalem non es inuoluta pannis, obſerua, quod dicimus. anima renaſcens, ea primum in lauacro edita, inuoluitur pannis. ipſe Dominus meus Ieſus pannis inuolutus eſt, ut ſcriptum in Euangelio ſecundum Lucam refertur. oportet ergo qui renaſcitur, utique in Chriſto renaſcentem rationabile, & ſincerum lac deſiderare, & priuſquam ſine dolo rationabile lac deſideret, debet ſale ſaliri, & pannorum inuolucro colligari, ne dicatur ad eam, ſale non es ſalita, & pannis non es inuoluta.* Verum ſi conſiderare volumus, quando ſalis vſus primo inuectus ſit, intelligemus, circa tempora Origenis incœpiſſe. nam nec quiſquam ætate maior Origene, meminiſſe eſt viſus, & Iſidorus Hiſpalenſis bonus author in primis lib. 2. de Offic. cap. 20. ſcribit, à Patribus inſtitutum eſſe: *ſales autem* (inquit ille) *in myſterio catechumenis dandos à Patribus inde eſt inſtitutum, ut eorum guſtu condimentum ſapientiæ percipiant.* cui accedit teſtis locuples Vualfridus Strabo, qui etiã tradit lib. de reb. Eccleſ. cap. 26. Eccleſiæ ſurgentis initio non fuiſſe, his verbis: *alij addiderunt in baptiſmatis ſacramento exorciſmos, alij conſecrationem fontis, alij ſalis, vel ſaliuæ infuſionem.* Cauſas vero, cur ſal adhiberi neceſſe fuerit, multas quidem commodiſſimas aſſignari poſſe exiſtimo. aut enim conſecrationem, & religionem quandam ſignificabat ipſius catechumeni in Deum; cum & [a] Beda ſic innuerit,

Sal catechumenorum: Ezechiel vaticinatus eſt.

Salis vſus in catechiſmo quãdo incœperit.

Cauſæ adhibendi ſalis in catecheſi.

[a] Expoſit. ſup. li. Reg.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicens: *ſal cœleſtis ſapientiæ , quomodo initian-*
*catechumeni* : & id etiam à Gentilibus vſi-

Gentiles ſale in ſacrificiis vtebantur.

tum fuerit, teſte Adriano Turnebo lib.
uerſar. cap. 22. aut ſapientiam indicaba
ſpecimen Chriſtiani in ſingulis actionib
hibere debebant , præſertim quoniam
gente, vitiorum , & impietatis tenebri
luta, ſæpe colloqui contingebat ; ne vi

Secunda cauſa adhibendi ſalis in catechiſmo.

offenſionis cauſas vel ipſi darent aliis,
iis acciperēt. ſub qua metaphora diceb
ſtolus ad Col. 4. iis , qui baptiſmi mun
nati erant: *ſermo veſter in gratia ſale ſit cōdi*
*modo vos oporteat ſingulis reſpondere*. ad qu
in expoſitione S. Ambroſius, *quoniam,*
*neceſſe eſt, inter infideles nos ambulare, &*
*miſceri cauſa conuerſationis mundanæ, hoc*
*commonet, vt cum ſapientia ſit ipſa conuerſa*
*pter ſcandalum gentilium, ne occaſionē accip*
*nos blaſphemandi, & incitentur ad perſecu*
quod etiam clarius in aliis Patribus vide
vt Smaragdo in Epiſt. de Sabb. Pentec
*circo hi, qui baptizandi ſunt, ſalem in ſacram*
*cipiunt, vt eius guſtu condimentum ſapien*
*piant, neque à ſapore Chriſti deſipiant, & ſint*
*& fatui*: Iſidoro Hiſpalenſi lib. 2. de Offic
20. *ſales autem in myſterio catechumenis*
*patribus inde eſt inſtitutum ; vt eorum guſt*
*mentum ſapientiæ percipiant, neque deſipi*
*pore Chriſti, ne ſint fatui , & retro reſpiciant,*
*vxor Loth, ne malum exemplum dantes Ch*
*maneant* ; Beda ſuper lib. Reg. *ſal cœle*
*pientiæ , quo initiantur catechumeni in cun*
*rum noſtrorum ſacrificiis offerre iubemur* : Or

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Romano de denunciat. ſcrutin. ad elect. *accipe ſalem ſapientiæ propitiatus in vitam æternam*: Iuone Cornotenſi ſerm. de ſacram. neophyt. *poſtea datur ſal benedictum in os pueri, vt per typicum ſapientiæ ſalem conditus, fœtore careat iniquitatis*, & Hugone Victorino lib. 1. ſacram. cap. 18. *poſtea datur ſal benedictus in os baptiZandi, vt ſale ſapientiæ ſit conditus*. aut eo argumento admonebantur homines, vt à peccatorum ſordibus expiati, quibus ante contabuerant, candorem illum conſcientiæ perpetuo retinerent; ſicut S. Ambroſius ad cap. 22. Luc. author eſt, de baptiſmo loquens: *per te fœtor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia ſitu viſcera aſperſo ſale in multam ſeruantur ætatem*. & Gregorius Magnus lib. ſacram. de ord. baptiſter. *poſtquam guſtauerit medicinam ſalis*. Item Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. 19. *catechumenus audiens, ſiue auditor ſalem accipit, vt putrida, & fluxa eius peccata ſapientiæ ſale diuino munere mundentur*. Rabanus etiam Maurus lib. de inſtitut. cleric. cap. 27. *tunc datur ei ſal benedictum in os, vt per ſal typicum ſapientiæ ſale conditus, fœtore careat iniquitatis*. quod fere iiſdem verbis complexus eſt Iuo Carnotenſis ſerm. de ſacrament. neophyt. inquiens: *poſtea datur ſal benedictum in os pueri, vt per typicum ſapientiæ ſalem conditus, fœtore careat iniquitatis*. aut denique ſymbolum erat dœmonis ab antiqua poſſeſsione expulſi, domuſque eius à fundamentis euulſæ. quod demonſtrare voluit S. Gregorius lib. ſacram. de ord. ad catechum. facien. cum in ſalis cõſecratione inquit: *vt in nomine S. Trinitatis efficiare ſalutare*

Tertia cauſa adhibẽdi ſalis in catechiſmo.

Quarta cauſa adhibendi ſalis in catechiſmo.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſacramentum, ad effugandum inimicum*, & Al[illegible]
nus Flaccus lib. de Diuin. offic. cap. 19. vbi p[illegible]
ſalis infuſionem, de ſymbolo loquens, ai[illegible]
*inde ſymboli Apoſtolici traditur ei fides*, *vt* [illegible]
*domus, & à priſco habitatore derelicta, fide* [illegible]
*& præparetur habitatio Domino.* Alluſit au[illegible]
author ad priſcam conſuetudinem, qua ci[illegible]

Ciuitates dirutæ ſalis proiectu anathemate feriebãtur.

tates dirutas ſalis proiectu anathemate fe[illegible]
bant: quod & feciſſe Abimelech, cum Si[illegible]
ciuitatem Sichimorum ad ſolum deduxiſ[illegible]
Ioſephus lib. 5. Antiquit. cap. 8. & S. Hiero[illegible]
mus lib. de diſtant. locor. & Federicum Ba[illegible]
ruſſam, proferendi par nefas, & fas im[illegible]

Quinta cauſa adhibendi ſalis in catechiſmo.

cupidiſsimum, in noſtræ vrbis excidio, Me[illegible]
diolanenſes tabulæ teſtantur. quibus ill[illegible]
addat, conſuetudinis, & amicitiæ, quæ [illegible]

Sexta cauſa adhibendi ſalis in catechiſmo.

tempore ſacro latice expiandis cum Deo [illegible]
tercedere incipiebat, argumentum fuiſſe, [illegible]
mortem veteris hominis, qui Chriſto toto [illegible]
pore & animo emancipatus, vitam ſpiritu[illegible]
hauriebat, declaraſſe, & magnam gratia[illegible]

a Apud Cęl Rhod. lib. 12. c. 1.

Sal apponebatur hoſpitibus, vt ſignum eſſet amicitiæ.

ſacræ antiquitatis ſtudioſis inibit, & vete[illegible]
moribus aptè congruenterque loquetur [illegible]
[a] lego, ſalem pręaliis cibis hoſpitibus appo[illegible]
ſolitum, quaſi neceſsitudinis ſymbolum, & [illegible]
Romanis πένθιμον, hoc eſt, lugubrem credi[illegible]
eſſe: hincq; imminentis infortunij præſagi[illegible]

Sal mortis iudicium, vel alterius infortunij.

b Plut. in Craſſ.

[b] Craſſo factum: quia militibus cum lente ſ[illegible]
primũ in annonæ diſtributione dediſſet. At [illegible]
ſalis quidẽ in catechiſmo dandi rationib. ſat[illegible]
fere diximus, intelligendũ eſt autem, ei quan[illegible]
religionem inditam eſſe, vt conceptis verb[illegible]
cõſecraretur. ꝙ quanq̃ ita eſt in promptu, vt [illegible]

diſputatione non egeat: tamen eſt à nobis hoc loco demonſtrandum. S. igitur Gregorius lib. ſacram. de ord. ad catechum. facien. benedictionis ſalis ità meminit: *inde verò benedicit ſal hoc modo: exorcizo te creatura ſalis*. & de ord. baptiſter. *benedictio ſalis ad dandum catechumenis. exorcizo te creatura ſalis*, &c. Accedit eodem author locupletiſsimus Ordo Romanus, qui etiam ſcribit de denunciat. ſcrutin. ad elect. ſalem hoc modo conſecrandum: *exorcizo te creatura ſalis*, &c. Rabanus deinde Maurus lib. de Inſtit. cleric. cap. 27. catechiſmi cæremonias recitâs, ait: *tum datur ei ſal benedictum in os*. Poſt autem Iuo Carnotenſis ſerm. de ſacram. neophyt. Dabani verba repetens, ſic inquit: *poſtea datur ſal benedictum in os pueri*. Denique Hugo Victorinus lib. 1. ſacram. cap. 18. ferè iiſdem verbis in eandem ſententiam ſcriptum reliquit: *datur ſal benedictus in os baptizandi*. Itaque miror, quid in mentem venerit [a] Gualtero Lollardo, [b] Martino Luthero, [c] Ioanni Caluino, & [d] Tilmanno Heshuſio in iis libris, quos pro fide Christiana oppugnanda conſcripſerunt: in quibus multa abſurdè, illud abſurdiſſimè: ſunt enim toti in euertenda ſalis benedictione: quaſi nuper à Chriſtianis inuenta fuerit. cui quoniam ſatis patet reſponſio ex iis, quæ mihi SS. Patrũ lectio paulò antè ſuggeſſit, non ero longior in refellenda eorum hæreſi: ſed potius tempus præbendi ſalis oſtendam: ne quid à me prætermiſſum eſſe videatur. Illud autem in ſacra catecheſi datũ fuiſſe, credo. nec me ſolum ratio, & coniectura impulit,

Sal catechumenorum conſecrabatur.

Salis conſecratio.

[a] Apud Trithem. in Cron. Hirſaug. de an. 1315.

[b] Lib. deuiſ. Daniel. cõt. Cathar.

[c] Lib. 4 inſtit. c. 10. & 15.

[d] Int. ſexcent. Papiſt. error loc. 27.

Sal erat catecheſis cæremonia.

vt ità crederem, ſed nobilitas etiam ſum
rum ſcriptorum, & authoritas. intellige
enim Sanct. Auguſtinum lib. 1. confeſſ. d
inter catechumenos relatione cum a
præter alia, ſalis mentionem feciſſe his v
*ſignabar iam ſigno crucis eius, & condiebar*
*le.* ſuppetebat mihi prætereà Sanct. Greg
locus, qui lib. ſacram. de ord. ad catechu
cien. ſic ait: *poſteà interrogat nomina eorum,*
*nit de ipſo ſale in os ipſorum*, & de ord. bapt
*benedictio ſalis ad dandum catechumen. ex*
*tem oratione. accipiat de ipſo ſale, & ponat*
*ſantum dicens,* &c. nonnunquam etiam
dabat teſtimonij Iſidori Hiſpalenſis lib.
Offic. cap. 20. vbi rationem dandi ſalis
rens, inquit: *ſales autem in myſterijs catechu*
*dandos à Patribus inde eſt inſtitutum, vt eorum*
*ſtu condimentum ſapientiæ percipiant.* Illud
què in mentem ſæpe veniebat, à Beda
lib. Reg. ſcriptum eſſe: *ſal cæleſtis ſapientiæ*
*initiantur catechumeni, in cunctis operum*
*rum ſacrificijs offerre iubemur.* Quid multi
mihi perſuaſi, ſic ſentio: cum feria quarta
domadæ quartæ quadrageſimæ dari ſoleret

Sal dabatur feria 4. hebdom. 4. Quadrageſ.

eſt apud Iuo. Carnotenſem ſerm. de ſacr.
phyt. & poſt ſignum crucis ſequeretur, te
Auguſt. lib. 1. confeſſ. & S. Gregorio lib. ſacr
de ord. bapt. non potuiſſe ſalem alio, quam
techiſmi tempore præberi. Quærat modo

Forma vetus dandi ſalis noſtræ ſimillima.

ctor, quænam dandi ſalis fuerit forma: &
ueniet, noſtræ ſimillimam fuiſſe: ſcribe
bus Sanct. Gregorio de ord. bapt. *accipe ſal ſa*
*pientiæ in vitam æternam*: & Ordine Roma

de denunciat. ſcrutin. ad elect. *accipe ſalem ſapientiæ propitiatus in vitam æternam.* Quærat, quo ritu ſal in os infunderetur: & intelliget, baptizandi nomine inuocato, immiſſum eſſe: quemadmodum tradit Sanct. Gregorius lib. ſacram. de ord. ad catechum. facien. inquiens: *poſteà interrogat nomina eorum, & ponit de ipſo ſale in os ipſorum.* quærat, qui locus dando ſali præfinitus fuerit: & conſtabit, in Eccleſiæ veſtibulo datum eſſe. ſi quidem à Deus dedit Pontifice ſcriptum eſt epiſt. ad Gordian. Hiſpalen. Epiſcopo. *ſeptem ſunt dona baptiſmi à primo pabulo ſacrati ſalis, & ingreſſus ſanctæ Eccleſiæ vſque ad confirmationem Spiritus ſancti per chriſma.* Ex quo intelligi poteſt, Eccleſiæ conſuetudinem, quæ baptizandis infantibus, antequam in ædem introducantur, ſal in os immittit, cum veteri conuenire.

Sal immittebatur in os, nomine baptizandi inuocato.

Sal dabatur in oſtio Eccleſiæ.

---

*De orationibus, ſigno crucis, benedictione, & verbis, ingredere fili, &c.*

## CAP. XLIII.

DEinceps (vt erat propoſitum) de orationibus dicatur. quibus quidem nihil erat naturæ catechiſmi accommodatius: ſed habēt multa capita. videndum eſt enim primum, an fuerint in vſu. quod affirmat non modò Sanct. Dionyſius Areopagita lib. de Eccl. Hierarch. cap. de bapt. dum ait: *rurſus ille, cum precatus*

Orationes adhibebantur in catecheſi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*eſt, benedicit, manuſque imponit:* ſed etiam
meon Metaphraſtes de vit. S. Sylueſt.
Conſtantini Magni baptiſmum perſequ
cum precibus, & impoſitione manus in
techumenos relatum eſſe, ſic ſcribit: *cum*
*tem impoſuiſſet ſanctus manum capiti Imper*
*& preces deinde dixiſſet, & eum feciſſet cate*
*menum, receßit:* & Ordo Romanus de die Sab
S. qui eius conſuetudinis veritatem aper
bus verbis confirmare non potuit; ſcrib
nim: *dicit hanc orationem ad catechizandos*
*tes. Nec te latet Satanas,* &c. & Author
Rictrudis Martianenſis, apud quem leg
cum Dagobertus Gallorum Regis fil
catechumenorum claſſem legeretur,
rum Principem magna pietatis conſe
ſtatas preces recitaſſe: *adducitur* (inquit
*fans dies natus quadraginta, adhibetur cate*
*à ſancto Præſule; &, cum finita prece ex*
*hominum frequentia nemo reſponderet, Amen*
*fans ille cunctis audientibus clara voce reſpon*
*Amen.* Cuius ſi plura teſtimonia requ
vide apud Sanct. Gregorium lib. ſacram
ord. baptiſter. eundem Ordinem Roman
de denunciat. ſcrutin. ad elect. & Albin
Flaccum lib. de Diuin. Offic. cap. de Sabb
Paſch. vbi etiam orationes, quænam eſſ
facilè reperies. quod loco ſecundi cap
ſto. tertium erit modus orationis haben
qui in ſolo Chriſti nomine, teſte Luca
Sanct. Auguſtino lib. 2. de fid. ad catech
menos cap. 1. concipi ſolebat: non modo
inquit Lorinus in cap. 19. Act.) quia illius

Orationes catechiſmi in ſolo Chriſti nomine concipiebâtur, & quare.

men inprimis genti vanis ſuperſtitionibus obnoxiæ comprobandum erat: ſed etiam, quod homines intelligere opportebat, dæmonem, cui adhuc diuinos honores detulerant, ab ipſo Chriſto deuictum, & attritum fuiſſe. Atque illæ quidem orationes (vt hoc quarto loco admoneam) catechiſmi tempore fiebant: ſi Sanct. Auguſtini teſtimonium ſequimur, lib. 2. de bapt. paruul. cap. 37. dicentis: *non vniuſmodi eſt ſanctificatio: nam & catechumenos ſecundum unum ſuum quendam modum, per ſignum Chriſti, & orationem ſub manus impoſitione puto ſanctificari*: aut Sanct Gregorij authoritate nitimur, qui lib. ſacramen. de ord. baptiſt. ſcribit: *oratio ſuper electos ad catechumenum faciendum*: aut demum loca San. Dionyſij de bapt. Simeonis Metaphraſtis de vit. Sanct. Syluestri, Ordinis Romani de die Sabb. S. & Authoris vitæ Sanct Rictrudis Martianenſis, quæ ad hunc locum pertinent, repetere volumus: ex quibus conſtat, ſacras preces in catechiſmo ritè peractas eſſe. Maximè autem poſt ſalis vſum orationes adhibebantur: quod eſt vltimum orationis caput) tum quia Sanct. Gregorius ita docuit lib. ſacram. de Ord. baptiſt. cùm inquit: *inde verò, poſtquam guſtauerit medicinam ſalis, & ipſe ſe ſignauerit, benedices eum his verbis: Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui es, & eras*, &c. tum etiam quod Ordo Romanus de denunciat. ſcrutin ad elect. eiuſdem rei meminit dicens: *accipe ſalem ſapientiæ propitiatus in vitam æternam. ſequitur Oratio. Deus Patrum noſtrorum*, &c. Sed de oratio-

Orationes fiebant catechiſmi tempore.

Orationes adhibebantur poſt vſum ſalis.

Catechumeni ſigno crucis ſe muniebāt.

nibus ſatis expoſitum videtur. crucis autem
qua ſe catechumeni muniebant, potest
dere ſæpe mentio apud rerum diuinarum ſ
ptores; ſed ea inſtar omnium erit, quæ
Gregorio Magno facta eſt lib. ſacram. de
baptiſt. dum ait: *poſtquam guſtauerit medi*
*ſalis, & ipſe ſe ſignauerit, benedices eum his*
*bis*, &c. Et quoniam omnia perſequi

Catechumenorum benedictio in quo poſita eſſet.

dicendum eſt etiam, qualis benedicendi
extiterit. videtur enim in ſolis orationibus
ſitus fuiſſe; ſi quis verba Sanct. Gregorii
per allata perpenderit. verum ex Sanct. Dio
nyſio Areopagita animaduertimus, bene
ctionem crucis ſigno, ſimiliuè cæremonia
actam eſſe, cum illam ab oratione diſtin
lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. de bapt.
ptum eſt enim: *poſteaquam terrurſus profe*
*rurſus ille, cum precatus eſt, benedicit, manu*
*imponit.* Quarè de modo benedicendi libe
ſit lectori iudicare, vt velit. de vſu tamen
nedictionis ità conſtat, vt nemini dubitare

Benedictionis vſus confirmatur.

ceat. præter enim Sanct. Dionyſij, & Greg.
teſtimonia, quæ citauimus, ex aliis quo
ſcriptoribus perſpicuum eſt. Conſtitution
quidem Apoſtolicarum lib. 7. cap. 40. ille
tulus eſt: *quomodo oporteat catechumenum,*
*initiatur, à ſacerdotibus benedici.* Sed haud
an minus obſcurè Sanct. Auguſtinus lib. de ca
techizin. rudib. ſcribat: *Vt populus ad id,*
*planè intelligit, dicat Amen; ſed tamen piè*
*da ſunt ab eis, qui didicerunt, vt ſono in fin*
*voto in Eccleſia benedici.* Alludit enim ad vetere
Eccleſiæ morem, quo ſacerdotes ſereno vult

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

&placido crucis ſigno catechumenis benè precabantur. quod confirmari poteſt vitæ Sanct. Amandi Traiactenſis Epiſcopi teſtimonio, in qua Dagoberti Regis filius, cum in catechumenorum ordinem legeretur, benedictionem à viro ſanctitatis laude præſtanti accepit: quemadmodum Baudemundus apud Surium ſcribit: *audiens autem rex, quod preces ſuas ſanctus non renuerit Amandus, ſtatim ipſum puerum afferri præcepit, qui dicebatur non plus à natiuitate habere, quam dies circiter quadraginta. accepit igitur vir ſanctus in manibus puerum, & benedicens eum, catechumenum fecit.* Rabanus quoquè Maurus lib. de institut. cleric. cap. 27. cum catechiſmi cæremonias ordine explicandas ſuſcepiſſet, hæc dicit: *deinde benedictione ſacerdotali munitur, vt ad ſacrum baptiſmum cum fide accepta cuſtodiatur.* Et in vita S. Amandi Epiſcopi Traiactenſis, quam Baudemundus ſcripſit, perſpicuè conſtat, Dagoberti Regis filio, cum inter catechumenos referretur, ſacrorum Antiſtitem benè precatum fuiſſe: *accepit igitur* (inquit ille) *vir ſanctus in manibus puerum, & benedicens eum, catechumenum fecit.* Quæ contemplantes intelligimus, benedictionem catechiſmi tempore, & ob fidei tutelam, impertiri ſolitam fuiſſe; quia ante baptiſmum, & ad ſui munitionem factam eſſe, mentio eſt. Atquè, vt extremum habeat liber, ſubiungam morem poſt catecheſin nutu ſignificandi, vt in Eccleſiam introeant. qui quidem in Eccleſia Ambroſiana vetuſtiſſimus eſt: quoniam Beroldus in cæremoniali manuſcripto

Benedictio quando, & cur daretur.

Ritus nutu ſignificandi catechumenis, vt in Eccleſiam introeant. vetuſtiſſimus eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illum recenſet in hæc verba: *tunc aperiu... ianuas pueris, & dicunt: ingredimini filij in do... Dei: audite patrem veſtrum docentem vo... ſcientiæ.* Nec verò hic locus eſt, vt de rati... huius inſtituti loquamur. aliis hæc lo... nobis ſignificata eſt, maximeque in eo capite, quod de catechumenorum loco inſcripſimus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN